

Chronicon Vulturnense, I

[Page 3]

ORACIO DOMINI AUPERTI ABBATIS.
PARS DIVINA CONTRA SEPCIES SEPTENA VICIA QUE PRO[DE]JUNT
DE INVENTRICE MALORUM SUPERBIA
Summa et incomprehensibilis natura, virtus vitaeque beata, inaccessibilis
et sola lux vera, singularis et una sapientia, incommutabilis
et numquam fallens veritas, incomparabilis semper manens
caritas, temporalium rerum sempiternus conditor, visibilium et
invisibilium solus creator, Pater et Filius et Spiritus sanctus, unus
et verus in Trinitate dominus Deus, alius Pater, alius Filius, alius
Spiritus sanctus et tamen in his tribus unus Deus et dominus
Deus. Pater a nemine, Filius a Patre, Spiritus sanctus a Patre
et Filio et tamen nec Pater precedens, nec Filius vel Spiritus
sanctus subsequens, sed simul pater et Filius et Spiritus sanctus,
eternus et coeternus, equalis et coequalis et partium omnipotens deus, quia
et personarum trinum congruit et partium omnimodis aborret.
unde et totus ubique habetis, nec tamen totus comprehendis,
quod aliquo modo fieri posset, si supra vel subter, ante vel retro
haberet. sed quia his verissime carere et perinde veluti corpus
aliquid sive materiale, sive spirituale circumscribi non vales, totus
intra creaturam, totus extra creaturam es, totus in magnis, totus
in parvis, totus in singulis, totus in cunctis, nec extentus in magnis,
nec attractus in parvis, nec partitus in singulis, nec quasi[Page 4]

quedam individua molis in cunctis, nec de loco ad locum transiens,
cum unum deseris et alterum petes, qui te ipsum sine
loco et tempore moves. sic, Pater summe, summus et semper
ex te natus Filius, secundum divinitatis suae naturam, virtutem, essentiam,
magnitudinem atque potentiam, totus cum hominibus in
terris, totus tecum erat in celis cum diceret: «Nemo ascendit in
celum nisi qui de celo descendit Filius hominis qui est in celo»
quique perenniter manens id quod apud te erat, semetipsum exinanivit
formam servi in similitudine hominum factus et
habitu inventos est homo, humiliavit semetipsum factus obediens
usque ad mortem, mortem autem crucis. per huius te, beata Tri-nitas,
humanitatis habitum, per huius passionis supplicio tormentum,
per huius vulnera [e]t c[on]catrices, per huius deprecor effusionem
sanguinis, in primis ut [t]e [d]omi[n]um Deum meum diligam, te sciam,
te toto corde perquiram, deinde u[t] er[go] proximum, iuxta vires
atque mensuram, caritatis iura conservem. [se]d hanc dilectionem
nulli, Domine, prestabis nisi cui prius odisse vicia do[n]averis.
CONTRA SUPERBIAM. || Obsecro, Domine, ergo, pia et vera
misericordia, solida atque unica spes mea, ut superbie regnum auferas
ab anima [m]ea; horrendum, Domine, pavendumque tam
maximum malum, quod angelos de celo proiecit, quod homines
de paradiso minavit, a quo initium omnis perditio summis cunctorumque
viciozum caput processit. ipsa nempe est superbia, que
in principio quidem temporis angelum et homines tibi similes fieri
voluit, sed in fine temporis diabolum et homines etiam tibi preferre
satagit, ipsa est que aditum celi, ut angelicos spiritus deponeret,
prima invasit, atque ut homines illuc ascendere prohiberet
obstruxit paveo, Domine, cum ista considero, sed spei fiduciam
resumo cum humilitatem nostri mediatoris perpendo; gracias itaque
tibi amatori hominum, gracias tibi quia humilitas incarnati Verbi
superbiam evicit peremptoris nostri, non quo refugia angelum adiit
unde ceciderat revocaret, sed quo deceptum hominem liberans ubi
necdum ascenderat elevaret. hanc igitur humilitatem cordi meo[Page 5]

insere, Trinitas ineffabilis, quam imitandum in se prebuit humanitas
nostri Redemptoris: « Discite », inquit, « quia nitis sum
et humilis corde; et invenietis requiem animabus vestris » et
rursum: « Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non
intrabitis in regnum celorum. » multa sunt, Domine, que
gementi animo hinc possent occurrere, nisi prohiberemur in oratione

multa proferre; sed quia plura sunt vicia, que ex una prodeunt superbia, et mihi nocesse est ut preces effundam per singula, ne brevitatem evangelice iussionis excedam, non id una proluxa sed tot brevibus strictisque precibus ago, quot principalia viciorum incentiv[a] michi obviare considero.

CONTRA INANEM GLORIAM. Sicut tu, domine Deus, per sacrae Scripture eloquia doces, qui neminem tuorum fallis, « ex una malorum inventrice superbia septenaria consurgit nequicia »; unde nec omni merito bestia que cum agnis desudat septem dicitur habere capita, cui inherens et quasi semper inhabitans superbia, dum ad liquidum inspicitur, sepcies septena repperitur. huius primum caput est inanis gloria que non est simplex sed septenaria. oritur enim de illa inhobediencia, iactancai, simulacio, contencio, pertinacia atque discordia; et revera, mi Deus, spectabilis in hoc monstro Golie virtus gigantea sed tamen unius lapidis ictu David mani prostrata ictu autem lapidis quid hic aliud datur intelligi quam opposicio spiritus timoris Domini, quo singulariter re[p]letus huius mali tyrannidem ille plenissime vicit, qui in se credentib[us] ante passionem dixit: « Gaudete, quia ego vici seculum »? in q[uo] et per quem etiam nos vincimus si eiusdem spiritus munere cum illo parti[ci]pam[us]; quam ob rem deprecor, inenarrabilis maiestas, ut pro mensura distrib[ut]ionis tue prefato timoris spiritu me replas, quo illum non ad [mensu]ram || repletum fuisse demonstrans, huius inquam sedem in visceribus meis collatum, ut locum ibi dominacionis numquam invenient superbie pirna genimina. qui enim vere te timet, imperantem[Page 6]

hominem ea que iuxta sunt, etiam se deteriolem, minime contemnit; qui enim vere te timet nequaquam vel de his que bene agit apud se tumet vel de his que necdum agit coram aliis simulacionem pretendit; qui vere te timet nec contraccionem adversus sanam doctrinam opponit nec, si forte per ignoranciam opposuerit, omni sua sententia omnino persistit; qui vere te timet nunquam ab unitatis concordia resilit, ut enim, Domine, hic tuus timor mentem plene ceperit, subieccionem in illa protinus gignit, iactanciam extinguit, simulacionem quoque ab intus repellit, contemplacionem in cunctis refugit, pertinaciam mollit, discordiamque omnimodis cavet. unde et veridica voce dicitur: « Quoniam qui Deum timet nichil neglegit » et « Non est maior illo qui Deum timet »: tribue igitur, domine Deus, misero michi quod postulo qui nichil de propria accione confideris totum quod valeo in effusione sanguinis crucifixi constituo.

CONTRA INVIDIAM. Pestiferum nimis et ultra modum venena diffundens seque toto annisu antequam predam capiat morsibus lanians, adversus me, domine Deus meus, consurgit secundum superbie caput invidia, sed nec ipsa sola, quia omnino septenaria; adheret enim illi ex ipsa procedens odium, susurracio, detraccio, in adversis quoque proximi exultacio, in prosperis vero illius affliccio. o formidandum immanissime bestie caput monstruosum venenoque mortifero totum infectum! quod si animo intromissum dominari ceperit, nil in eo sanum aut vividum relinquit. sed ut in cunctis superetur hoc noxium et multiplex malum, occurrat, Domine, queso, dileccionis summum et ineffabile bonum, quod certe ubi advenerit mox illud recedit, nec valet aliquod invidie caput ac prolis ubi summa consistit dileccionis; qui enim illa viget nulli umquam invidet, nullum aliquando odio habet, non contra recte viventem musitat, non prave agentem obtrectat, non de alterius felicitate animum mestificat, non de adversitate letificat, sed virtutibus atque successibus se precellenti etiam adhuc maiora exoptat, persequentem quoque se amat, recte operantem collaudat, prave[Page 7]

aiantem obiurgat aliorumque adversitatem sibi adsignat, unde et merito inter ceteras virtutes tale nomen sibi caritas accepit quo illi carius inveniri nunquam poterit quam qui habet: Deus enim caritas est et qui manet in caritate in Deo manet et [Deu]s in eo, ac perinde cum te habet, invidie facibus minime patet. audi ergo qualescumque meas, Domine, preces qui meretricis misertus es lacrimis, [cui v]idelicet dimissa sunt peccata multa quoniam dilexit multum.

CONTRA IRAM. Attende, domine Deus, et considera quia truculentum valde totumque noxiorum flammis succensum crebro me ac sepius adurens etiam degluttire querit tercium superbie iracundia, qua inter cetera vicia nil asperius, nil invenitur amarius, queque, sicut in me crebrius in me factum gemens recolo, dum ultra modum in homine ferverit, eius protinus atrociter mentem exulcerat, sensum hebetat, linguam immutat, oculos obumbrat

totumque corpus perturbat. nec ipsa vero simplex sed septenaria consurgit; emergunt enim de illa rixe, contumelie, clamor, indignatio, tumor mentis ac blasphemie. sed obice, queso, domine Deus formator meus, obice contra tam asperrimum ac multiforme iracundie malum lenissimum ac suavissimum singulare quoque et semper invictum paciencie bonum, quod omnino non solum virtus sed radix est custosque virtutum; arcem enim et principatum inter cetera spiritualium charismata caritati coniuncta tenet paciencia, queque dum cordis archana possederit intusque domina resederit, omnes mox perturbaciones compescit, rixas et contumelias in exhortacionem convertit, confusum clamorem sub ordinato silencio premit, indignacionem atque proterviam mansuetudine vincit, blasphemias quoque graciaram accione retundit, nec sine causa tantum valet que, ut cuncta sibi adversancia victrix exuperet, primo contra se certamen assumit; quicumque enim illa vigerit, necesse est ut ante omnia sibi resistens se subiciat sibi. quod videlicet post factum nil supererit quod ab aliis irrogatum tolerare non possit. at forte si ad horam dormitante naciencia in inmensum ira

[Page 8]

semet tetenderit, nullum ne, Domine, remedium erit? erit certe, nam cum huius mali dampnacionem evangelium denunciaret dicens: « Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo “ Racha ” reus erit consilio, qui autem dixerit “ Fatue ” reus erit gehenne ignis», protinus remedium subiungens ait: « Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversus te, relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offeres munus tuum », et illud: « Cum statis ad orandum dimittite si quid habetis adversus alterum in cordibus vestris. hinc michi, clementissime Deus, secundam tribue victoriam, si furore succensus amisero primam, cum non tuo zelo sed meo vicio cuiuslibet animum offendero. CONTRA TRISTICIAM. Squalore nimio et horrenda macie defectum ac quodammodo simulato languore premortuum indeque magis noxium unde minime suspectum fumo suo nequicie quartum superbie caput tristicia. o Deus, eterna iustorum leticia, extinguere satage, vitalia mea, que hinc maxime viget, cum aut huius seculi adversitatem iuste vel iniuste quamlibet sustinet, aut cum bona temporalia sicut desiderat non apprehendit, aut certe cum hunc fraterna correpcio vel moderate vel ultra modum exasperans sepe redarguit. huius enim mali nequicia ab uno usque ad septem multiplicata decurrit; ut enim cordis secreta possederit, statim ibi maliciam, rancorem, pusillanimitatem, desperacionem, torporem circa precepta vagacionemque mentis erga illicita gignit. sed obsecro, dator gaudii perennis, tribue misello michi contra noxium merorem celitus effusam mentis hylaritatem; quod si id fiat misericordia tua prestiterit, semper in adversis huius seculi cum illo gaudebo, de quo ab Apostolo dictum retineo: « Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, semper in indigencia temporalis stipendii cum illo exultabo, a quo dictum audisse me lego: « Vulpes foveas habent et volucres celi nidos;

[Page 9]

filius autem hominis non habet ubi caput reclinet». tribue igitur, domine Deus, obsecro, tribue mentis alacritatem quam postulo, que dum viscerum meorum interna penetravit, capta de tribus que premisi victoria eciam adhuc alia superabit; ilico namque malicia[m] ex memore contractam benivolencia vincet, tedio procreatum rancorem affabilitate repellit, pusillanimitatem quoque fortitudine roboris acuet, desperacionem spei fiducia suspendet, torporem circa precepta exercitacione spirituali revincet, vagacionem mentis erga illicita inconcussa stabilitate deprimet. quod si forte ad momentum subtracta cordis sinceritate malum prevaluerit tristicie, agam, queso, quod monet beatus Iacobus: « Tristatur aliquis in vobis, oret, equo animo et psallat »; quodque agens statim consequi illius precis affectum qua merens Propheta clamat: « Letifica animam servi tui te, quia ad te, Domine, levavi animam meam ». 15 CONTRA AVARICIAM. Rabido atque interminato quintum superbie caput avaricia absorbere nititur totum quod in me est, domine Deus, ad vitam, queque cum sit radix omnium viciorum viget tamen ipsa principaliter in septem et cetera: huius enim suboles sunt atque gemina prodicio fraus et fallacia, inquietudo quoque ac violencia et contra misericordiam obduracio. et ecce, Deus, quilibet amator mundi et non tui propter metalla preciosa, ardentes fulgentesque lapides, servos et servas, predia et fundos ad mortem proximum tradit, fraudem incurrit, fallaciam

inducit et alius inquietus ac violentus est propter villam, alius || gallinam, alius obduratur contra misericordiam ne tribuat aurum, alius ne porrigat victum. sed ut funditus his caream malis imploro, mi Deus, amor castus et verus, oppono contra dampnandum cupiditatis appetitum perfectum abrenunciacionis mundi contemptum, ut cui preter te nulla possessio debetur in terra, nil quod tu non es concupiscam in terra, sicque radice cupiditatis arefacta tantorum malorum nequaquam pullulabunt virgulta. concede michi, Deus, obsecranti petitionis effectum qui es sanctorum hereditas a modo et usque in sempiternum.[Page 10]

CONTRA VENTRIS INGLUBIEM. Pinguis, Domine, ceteris atque obescis faucibus quodammodo crassius sextum superbie caput ventris inglubies saginam anime mee continuata petit esurie, que a necessitate quidem incipit sed modum necessitatis excedens ad voluntatem pertransit dumque a licitis ad illicita pervenerit, septenaria protinus apparet. adheret namque illi ex ipsa procedens inepta leticia, scurrilitas, risus immoderatus, multiloquium, immundicia sensusque hebitudo circa intelligenciam. cuius mortiferum virus utcumque vacuatur cum non tantum accuracior sumptus escarum quantum voluptuosus eciam in vilibus ferculis precavetur; prima enim mulier non exquisitarum dapium sed sola pomi delectacione mortis exicium per orbem sparsit et antiquus ostis Regem nostrum non de carne sed de pane temptavit. quapropter, iustorum eterna leticia atque sacietas, te gemens exoro, ut, sicut eger ad medicinam, sic ad dapes sumendas accedam, nequaquam scilicet voluptatem iners appetens sed tantum necessitati subveniens. ita, Domine, ita, Pater bone, noxiis castrimargie sucis arefactis inepta leticia vel scurrilitas non germinabit. que illos maxime ad insaniam perducit in quibus crapula et ebrietas dominium sumit: sedit enim populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. risus immoderatus ac multiloquium longe aberit quia, inedia corpore fatigato, solus spiritualis meror animi tacens possidebit, immundicia quoque vigilantem nunquam, dormientem vero tardius sua colluvione fedabit, hebitudo sensus circa intelligenciam spiritualis acuminis ingenio cedit qui sancta parsimonia in mente propagabit, venter enim inedia contractus in altum humanus elevat sensus. prebe igitur, domine Deus, humillime supplicacioni pium benignus auditum, qui es angelorum et hominum indeficiens eternumque subsidium.

CONTRA LUXURIAM. Hinc inde collum reflectens et ludens diversisque carminum sibilis pene cunctos decipiens septimum atque extremum superbie caput luxuria occulta, Domine, fraude preripere michi vult iura castimonie; nec sola ad exicium prorumpit quia et[Page 11]

ipsa quoque septenaria nequicia coalescit: adheret namque illi cecitas per mentis, inconsideracio, inconstancia, precipitacio, affectus presentis seculi, <h>error autem vel desperacio futuri. sed peto, beata Trinitas, ut sicut ab ipso pubertatis tempore alienum me esse voluisti a complexu carnalis copule, ita delectacionis eius consensum toto facias annisu perhorrescere, quatenus scilicet nec in carne nec in corde vicens lux[uri]a plena in subsequentibus de se natis viciis amittat victoriam. quod omnino nequaquam fiet si a carne repulsa eciam in solo corde vigerit; ut enim Evangelista auctoritate evangelica testatur, radix fornicacionis in corde consistit ac per hoc intus germinans foras tot malorum virgulta producit: « De corde », inquit, exeunt cogitationes male, fornicaciones, adulteria, et cum ibi eciam dictum sit: « Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam iam mechatus est eam in corde suo ». quid prodest esse virginem corpore si contingat mente corruptum aliquem esse? huic certe necdum castitate professa melius est nubere quam amari, sed obsecro ut cui non licet nubere nec iam contingat adulteri. et ecce dum pro me sollicitus talia pro me postulo, ut ecia pro aliis exorem meminisse caritatis debeo. te igitur amatorem Ecclesie tue deprecor, Deus, pro sacerdotibus eius, ut caste et sobrie vivant populumque sibi creditum ab amore presentis seculi continuis exhortacionibus dividant atque ad desiderium patrie celestis semper accendant; pro regibus, ducibus et his qui in sublimitate positi sunt, ut pacem ecclesiasticam in quantum ad ipsos est nequaquam perturbent, ut patres orphanorum et iudices viduarum semetipsos exhibeant, ut miseriis inopum et gemitibus pauperum condoleant, nil nisi quod iustum est in iudicio querant, sicque ad[m]nistrent presencia, ne amittant bona futura; pro virginibus continentibus ac mundo renunciantibus, ut temporalia cuncta espiciant, eterna gaudia semper inquirent seque negotiis secularibus nusquam implicent, ut tibi placeant cui se probaverunt; pro coniu-gatis

fidelibus, ut sibi sic invicem carnis debitum solvant, ne ab amore patrie celestis animos reflectant. da eciam, Domine, pro[Page 12]

iusticia tribulacionibus pressis celi emissam spiritus consolacionem, catenarum nexibus obligatis absolucionem catenarum, custodia trusis apercionem, peregrinantibus quoque felicem ad patriam reversionem, iter agentibus uti hinc inde prosperitatem, navigantibus procellis ac turbinibus sedatis moderatam ventorum. impulsione[m].
aufer quoque morbos, egritudines atque languores, pestilencias necnon et fames, et si qua sunt humano generi noxia atque con-traria. sed quia || ego, Domine, quasi oblitus quis quantus et qualis sim, tam grandia tamque sublimia postulare presumo, utinamque facinorum meorum errata prius digne deflerem, etsi utcumque eciam tremebundus pro aliis tanta postularem.
O quam in multis offendi atque offendo! attamen nec propriis reatibus in desperationem proruo, cum puplicanum in templum iustificatum adtendo, cum latronem in cruce confitentem et de cruce ad paradysum transcuntem aspicio, cum Mariam post multas criminis maculas fonte pietatis ablutam et Petrum post negacionis perfidiam apostolatus gratiam recuperasse considero, nec de effusis pro aliis precibus temeritatis notam incurro, cum et caritatis instinctu id ago et ad hoc agendum indignum me semper attendo. tunc autem pro aliis exauditum me credo cum gemitus puplicani, confessionem latronis, lacrimas meretricis fletusque apostoli negantis ad deploranda criminum meorum offensa celitus adipisci meruero. quod si flagello temporali scelera mea vindicanda previderis, obsecro, ineffabilis pietas, ut dum contra hec iratus desevis semper in ira misericordie memor eris; quem enim diligis corripis, flagellas autem omnem filium quem recipis; quibus profecto verbis etsi verbo percussoris minatur paternus tamen pietatis affectus monstratur. da ergo, karissime Pater, inter flagella toleranciam, ne murmura-cionis notam ut malus servus incurram, sed magis graci-arum acciones quasi bonus filius rependam. illud eciam magnopere peto, ut diem obitus mei, diem extremi iudicii, noctem quoque sine fine manentis supplicii beatitudinemque regni futuri semper mente re-volvam, quod nemo indesinenter potest nisi qui ad vitam est preordinatus eternam. sine oblivione, Domine, extremi obitus dies[Page 13]

meditando in qua lux cum tenebris pugnat, misericordia cum crudelitate desudat, in qua adversarius noster mala que fecimus, locuti sumus vel cogitavimus violentissimus accusator retexit iusticiamque tuam ad expuniendam improbus exactor deposcit: ubi quid sum, Domine, nisi tu qui iuste iudicas eciam misericorditer defendas? recordare, queso, quia advocatus meus es ipse qui iudicas; quod si in illo quoque adhuc seculo aliquid in me vindicandum reservas, peto ne me potestati demonum tradas, dum scelus purgatoria pena examinas. nunquam, Deus meus, oblivioni iradenda dies illa de quo dicit patens Propheta: « Dies », inquit, « ire dies illa, dies tribulacionis et angustie, dies calamitatis et miserie, dies tenebarum et caliginis, dies nebule et turbinis, dies tube et clangoris »; in quo celis ardentibus ac terris exibunt || angeli et separabunt malos de medio iustorum, mittentes eos in camino ignis; ibi erit fletus et stridor dencium, in qua messorum collecta zizania alligabunt fasciculos ad comburendum; in qua ab ag[n]is separati ad sinistram positi audiunt lascivientes hedi: « Discedite a me, maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius »; in qua iam obscratis vite ianuis cum extinctis lampadibus stulte virgines a thalamo excluse lamentabunt, dominacionemque ingeminantes clamabunt: « Domine, Domine, aperi nobis » et tunc illis ab intus respondebis: « Amen dico vobis, nescio vos »; in qua multi, qui eciam miraculis coruscarunt, similiter repulsi plorabunt et dicent: « Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia eiecimus et in tuo nomine virtutes multas fecimus? » et tunc confiteberis eciam istis quod nunquam noveris eos subiciens: « Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem ». quis hec, domine Deus, terribilis in consiliis, mirabilis in magestatibus, faciens prodigia, quis, inquam, hec non paveat et a fundo cordis non contremiscat, cum eciam ibi audiat dampnari quos hic[Page 14]

contigit miraculis coruscare? eciam, domine Deus, indesinenter recolendum eterne noctis supplicium, in quo quicquid penarum nunc excogitari potest, quicquid eciam non potest semper adest et nusquam vel ad momentum deest, cuius vermis immortalis, ignis inextinguibilis, fetor intolerabilis est, cuius terra tenebrosa et mortis

caligine cooperta, terra miserie et tenebrarum est, cuius torrentes in piceni conversi et humus in sulphur ardebunt in sempiternum. o si vel post innumera annorum milia tam gravia finirentur supplicia! sed nullus deinceps erit penarum terminus, nullus ad veniam reditus. he quam horrenda, he quam pavenda sunt! sed maior erit, Domine, cruciatus amissio tue claritatis; sufficit enim ad plenam miseriam tua non perfrui beatitudine, in qua iusti receptis corporibus sanctorumque angelorum beatitudinibus coequati internam lucem aspicientes sicut sol refulgebunt. non esurient neque sicient, non laborabunt neque lugebunt, quia quicquid sacietatis, quicquid est gaudii tua visio prestabit, que in omnibus omnia erit. nec tempus iam illis accedet quia totum eternitas possidebit nec timebunt ultra iam mori qui meruerint beata immortalitate vestiri. huius memoria, domine Deus, huius desiderium non recedat a visceribus meis; hanc suspirem, ad hanc semper anhelem, totum sit in horrore quod ad presens oblectat, quandiu a peregrinante illius dulcedo semel elongat. dicat tibi erumpnosus et multum peregrinus animus meus, dicat et non se fallat, dicat et verum dicat: «S itivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam et apparebo ante faciem Domini? », et rursus Apostoli loquentis: « Cupio dissolvi et esse cum Christo ». ut autem efficax sit mea deprecacio, queso, Domine beatissime et gloriosissime, semper virginis || Marie singularis sit fulta suffragio, quam tanti meriti esse fecisti, ut in virtute conceptionis divine tantilla puella maior esset quam celum et terra, essetque virgo non qualiscumque sed eius qui fecit omnia gestaret, quoque oscularetur, lactaret atque nutriret parvulum, beata puerpera, cuius magnitudinem nulla capit creatura nec immerito plus omnibus ad deprecandum valet in celis, que[Page 15]

plus omnibus potuit in terris, queque etsi est Dei ac Domini famula, tamen pro eo quod Dominum angelorum peperit et hominum et angelorum est et hominum domina. apostolorum esimio sit vallata triumpho, qui ditissimam mediatoris paupertatem eiusque passiones vestigio insequentes, ad tantum celsitudinis culmen perducti sunt, ut pauperes despecti instabilesque mendici tocus mundi iudices essent et domini et quecumque ligarent super terram essent ligata et in celo, et quecumque solverent super terram essent soluta et in celo. martirum invicto sit defensa presidio, qui impiorum blandimenta, terrores atque tormenta triumphaliter morientes vicerunt nec dilexerunt animas suas usque ad mortem, ut mortis superarent auctorem. horum primus beatissimus Stephanus, maximus Laurentius et precipuus extat Vincencius, qui vel ut columpne templi Domini lactee intra sancta sanctorum assistentes celi Domino meruerunt edere de ligno vite, quod est in paradyso Dei. confessorum valido sit protecta solacio, qui bella temptantis inimici dum pie viverent in catholica pace vel eciam in heretica conflictacione diuturno certamine pertulerunt atque, ut ita dixerim, longioris occultique martyrii palmam acceperunt. virginum beatarum sit adiuta precibus gloriosis, que cordis et corporis integritate nitentes iusticie oleo accensas lampades ferentes, ipsius agni et sponsi sacro cruore resperse, ipsius vestigia infatigabiliter sine fine sequuntur. talium, Deus meus, preces nunnuam spernes, si ut pro me <interveniant> inspiraveris, qui eternitate perhenni vivis et regnas cuncta per secula et in omnibus seculis, amen. In nomine domini nostri Iesu Christi Dei eterni, ab eius incarnatione sunt anni millesimo septuagesimo, mense februario, octaba indiccione. Ideoque ego Berardo filius quondam Iohanni,[Page 16]

qui modo sum habitator in castro Petra Habundanti in territorio Beneventano, bona etenim mea voluntate quam et pro firma stabilitate, interesset Petrus iudex et aliis bonis hominibus et subscriptos testes; per hanc quoque videlicet cartula, pro redempcione anime mee et de filiis meis atque pro Adeltrude uxori mee, offero monsterium Sancte Columbe, quod situm est in territorio de Friselone, cum ecclesia Sancti Donati et alia ecclesia Sancti Nycolai et Sancti Germani cum eorum pertinenciis et subscripcionibus in monsterio Sancti Vincencii, quod edificatum est super fluminis Vulturni fonte, ubi domnus Iohannes venerabilis abbas ad regimen teneret esse videtur. hec autem rebus, unde nos iam supra diximus, cum predictae ecclesie et cum suis scripcionibus et pertinenciis omnia infra se vel supra se habentes tota et integra offeruimus in prefato monsterio Sancti Vincencii et ad eius rectoribus ad habendum et possidendum et faciendum exinde omnia quecumque volueritis et neque ad me ego qui supra Berardo neque ad filiis meis nec quartula uxori mee nec alicui alteri hominibus nulla

exinde reservavimus porcionem requirendi, sed quomodo supra legitur sine contradiccione mea et de meis heredibus et sine cuiuslibet requisicione, ea ratione ut a modo et semper a pars eiusdem ecclesie et ad eius rectoribus iam dicta mea offercione ego qui supra Berardo et meis heredibus omni tempore defendere obligamus. et si aliquando tempore ego qui supra Berardo vel meis heredibus ad pars predicti monasterii aud eius rectoribus, per quaecumque ratione aut ingenio, causare aud contendere presumpserimus de supradicta offercione, volendo exinde aliquid tollere aut contra[i]re vel minuare seu de proprietate eiusdem ecclesie vel ad eius rectores subtraere quesierimus vel retornare aud remove, per quodlibet ingenium vel humana astucia, tunc ante omnia questio et causa nostra inanis et vacua sint, et quadringenti solidi Constantini boni pena ego qui supra Berardo et meis heredibus adversus prefatum monasterium et ad eius rectoribus componere obligamus, vel illius hominis qui hanc cartulam nobis in caucione[Page 17]

ostenderit pro pars eiusdem ecclesie, et in antea omni tempore exinde adversus prefatam ecclesiam et ad eius rectoribus taciti et quieti maneamus. et qui sub iure ecclesie aut eius rectoribus voluerit <superare>, sciat se perpetuis subdere flammis et penali compede ligari cum Iuda; et sicut, quod absit, nos aut nostras heredes hec presumimus, eadem pena feriamur; et si ultores exinde et nostri heredes non fuerimus ante omnes iudices vel potestates, adcommaneris eas ibi sicut nobis comparavit; et statuimus sempiternum similiter et speramus, tueque ecclesie rectores et de nostre rebus proprietatis dupple et meliorate, tueque ecclesie restaurare promittimus. insuper autem obligo me ego qui supra Berardo et meis heredibus ad pars predicti monasterii et eius rectoribus eadem offercione, que supra legitur, integra defendere ego et meis heredibus ab omnibus hominibus omnibusque partibus cum omnibus suis pertinentiis in integrum, secundum ius Longobardorum gentis legem obligata pena. Hanc cartulam offercionis eiusdem ecclesie scripsit de quibus continet firmam et stabilem permaneant in perpetuum. Et ego Bonohomo rogatus a superdicto Berardo et filiis suis. Actum in Petra Habundanti, feliciter. Ego Oderisi comes signum crucis feci; ego Raynaldo signum crucis feci; ego Bonohomo iudice.

PRO INIMICIS ECCLESIARUM QUI SE CORRIGERE VEL EMENDARE NOLUERINT.

Divina institutione et sanctorum Patrum canonica auctoritate, sicut Dominus apostolis suis sanctis dedit potestatem ligandi atque solvendi, in virtute Dei Patris et Filii et Spiritus sancti, maledicimus, excommunicamus et a gremio sancte Ecclesie[Page 18]

segregamus. . N. qui bona huius ecclesie diripuit vel invasit et, vocatus ad penitentiam, redire noluit, correctus emendare contempsit; maledicant illum Pater et Filius et Spiritus sanctus. et r e s p o n d e a n t o m n e s: a m e n. maledicant illum beatissima virgo Maria mater domini nostri Iesu Christi: amen; maledicant illum omnes sancti angeli et archangeli Dei: amen; maledicant illum omnes sancti patriarche et prophete Dei: amen; maledicant illum omnes sancti apostoli Dei: amen; maledicant illum viginti quattuor seniores et quattuor evangeliste Dei: amen; maledicant illum omnes sancti innocentes et omnes sancti martyres Dei: amen; maledicant illum omnes sancti confessores et sacerdotes Dei: amen; maledicant illum omnes sancte virgines et vidue Dei: amen; maledicant illum omnes sancti et electi Dei: amen. sit maledictus in domo et extra domum, maledictus in via, maledictus in agro, maledictus ingrediens et egrediens; sit maledictus manducando, bibendo, dormiendo, vigilando, ambulando, stando, sedendo; sit maledictus fructus terre illius et fructus ventris ipsius; sint maledicta omnia opera illius, maledicta domus, orrea et cellaria illius, maledicta frumenta et omnia cibaria illius, maledicta indumenta, calciamenta et omnia vestimenta ipsius. descendant super illum grando, ignis et sulphur a Deo; fiant vermes in corpore eius et ulcera in carne illius; veniat mors super illum et descendat vivens in infernum, degluciat illum terra sicut degluttivit Dathan et Abiron; sit socius lude traditoris domini nostri Iesu Christi et cum Anna et Caypha; fiat habitatio eius deserta et non sit qui inhabitet in ea; fiant dies eius pauci et divicias eius possideat alter; fiant filii eius[Page 19]

orphani et uxor eius vidua; scrutetur fenerator omnem substantiam eius et diripiant alieni omnes labores eius; non sit illi adiutor nec

sit qui misereatur pupilli eius; fiant nati eius in ininteritu, in una generatione deleatur nomen eius; fiat contra Dominum semper et desperat de terra memoriam eius; sint super omnes maledicciones quas Dominus mandavit super contemptores legis; sit anathema maranatha; nullus eum salutet neque cum eo manducet. si mortuus fuerit, non habeat sepulturam nisi cum Paganis et Iudeis, et sicut nos istas lucernas extinguimus, ita memoria illius et anima illius extinguatur ante Deum et pereat in eternum, nisi ad penitentiam conversus fuerit et ecclesie satisfecerit. et r e s p o n d e a n t o m n e s : a m e n . d e i n d e p e r s i n g u l o s d i e s c a n t e n t u r i s t i s i n g u l i p s a l m i a b o m n i b u s a d m i s s a m :
« Deus, laudem »; « Deus, quis similis »; « Deus, venerunt gentes »; « Quid gloriaris » ; || « Exurge, Deus »; « Esto nobis, Domine, turris fortitudinis »; « Nichil proficiet »;
« Disperge illos » sine gloria.

CAPITULUM. [I]n spiritu humilitatis et in animo contrito ante sanctum altare tuum et sacratissimum corpus et sanguinem tuum, domine Iesu Christe redemptor mundi, accedimus et de peccatis nostris pro quibus iuste affligimur nos culpabiles coram te reddimus. ad te, domine Iesu Christe, venimus, ad te prostrati clamamus, quia viri iniqui et superbi in suis viribus confisi undique super nos insurgunt, terras et locum huius sanctuarii invadunt, depredantur et vastant, pauperes tuos cultores earum in dolore, fame et siti atque nuditate vivere faciunt, tormentis quoque graviter affligunt, nostras eciam res unde vivere deberemus in tuo sancto servicio et beate anime huic loco pro salute sua reliquerunt diripiunt nobisque violenter auferunt. [e]cclesia tua hec, Domine,[Page 20]

quam priscis temporibus fundasti et in honore beatissime genitricis tue Marie sanctorumque apostolorum tuorum Petri et Pauli sed et beatissimi Vincentii levite et martyris sublimasti, sedet in tristitia, non est qui consoletur eam nisi tu, Deus noster. exurge igitur, Domine, in adiutorium nostrum, conforta nos et auxiliare nobis, expugna impugnantes nos, frange eciam superbiam illorum, qui hunc locum et nos affligunt et affligere cupiunt. [t]u scis, Domine, qui sunt illi et nomina eorum et corpora quoque et corda eorum antequam nascerentur tibi sunt agnita. quapropter eos, Domine, iustifica in virtute tua, fac eos cognoscere prout tibi placet sua mala facta et libera nos in misericordia tua. ne despicias nos, Domine, clamantes ad te, sed propter gloriam nominis tui et misericordiam visita nos in pace et erue nos de presenti angustia, qui vivis..... Conspirantes, Domine, contra tue plenitudinis firmamentum dextera tue virtutis prosterne, ut iusticie non dominetur iniquitas sed subdatur semper falsitas veritati, per..... Anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinto decimo. Venerande memorie dominus papa Pascalius secundus hanc ecclesiam consecravat ad honorem summi Dei et vocabulo eius preciosi martyris Vincencii, in qua honorifice suis manibus ipsius beatissimi Vincencii martyris et aliorum sanctorum fere quinquaginta sacras reliquias collocavit. quo die cum eodem beatissimo papa affuerunt cardinales, archiepiscopi, episcopi et abbates[Page 21]

viginti, quorum tunc consilio pro honore predictorum sanctorum statuit, ut quicumque per quadraginta dies ad ipsius dedicationis-sollemnia devote advenisset, trium annorum remedio veniam suorum acciperet peccatorum. futuris quoque temporibus per singulos annos devote advenientibus quadraginta dierum penitencie indulgenciam concessit. cui sancte ecclesie perpetuam pacem habere donavit et suo decreto cunctorumque presencium cardinalium et episcoporum firmavit, ut infra terminos constitutos ab ipsis: idest usque ad pontem qui dicitur Marmoreus, et usque ad pontem qui dicitur Cisterna, et usque ad rivum qui dicitur Causa, et usque ad ipsum fluvium Vulturum, loco ubi dicitur Castanea, quicumque predam de rebus ipsius monasterii facere presumpsisset seu hominem comprehenderet, amicum sive inimicum Dei et omnium sanctorum, sua et omnium episcoporum sententia, se maledictum et excommunicatum esse sciret usque ad dignam emendacionem et satisfaccionem. « Nos autem hec omnia scientes et intelligentes, ex divina auctoritate Patris et Filii et Spiritus sancti et sancte Romane Ecclesie adiuti meritis et precibus istorum, sanctorum sequentes vestigia precedencium patrum nostrorum, quos maledixerunt maledicimus, quos benedixerunt benedicimus; conservantibus autem ea que pacis sunt, ut misericordie et benediccionis gratiam consequi mereantur a pio Domino cum omnibus sanctis suppliciter deprecamur et optamus ». vos ergo, fratres,

hodie ad tanta sollempnia dedicacionis sancte huius ecclesie devotissime advenistis, ut peccatorum vestrorum indulgenciam accipere possitis, date confessionem domino Deo nostro.
TUNC DIACONUS DICAT ALTA VOCE OMNIBUS: Dicite omnes: Confiteor Deo omnipotenti et omnibus sanctis eius et tibi Patri: mea culpa, mea culpa, mea culpa. peccavi nimis in cogitatione, loquutione, delectacione, consensu et opere; peccavi in avaricia, gula et vanagloria; peccavi in rapina, furto et sacrilegio;[Page 22]

peccavi in superbia, in invidia, odio, ira et omicidio; peccavi in mendacio, detraccione, falso testimonio et periurio; peccavi in homicidio, adulterio, inmundicia et fornicacione; peccavi in prevaricacione legis Dei et omnium mandatorum eius; peccavi in omnibus viciis et peccatis corporalibus et spiritualibus in quibuscumque humana fragilitas contaminari potest: mea culpa, mea culpa, mea culpa. precor piissimam Dei genitricem et virginem Mariam et sanctos angelos et omnes sanctos et sanctas Dei et te patrem orare pro me peccatore ad dominum Deum nostrum.

T U N C S A C E R D O S: || Precibus et meritis beatissime Dei genitricis et virginis Marie et beatorum angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum et omnium sanctorum misereatur vestri omnipotens Deus et dimittat vobis omnia vestra peccata, liberet vos ab omni malo, conservet et confirmet in omni opere bono et perducatur ad vitam eternam, amen. SEQUATUR: Benediccionem Dei Patris omnipotentis et Filii et Spiritus sancti descendat super vos et maneat semper, amen.

Anastasius episcopus servus servorum Dei A...abatisse Sancti Deodati [.....]. Dilectus filius noster Helyas abbas Sancti Vincentii illam obedientiam, quam antecessores eius in commissa tibi ecclesia semper habuisse noscuntur et quam tu ipsa ei olim dependisti a te, unde miramur sibi asserit denegari. Quoniam igitur nos eidem abbati, tanquam speciali filio nostro, iura sua illibata volumus conservare, per presentia tibi scripta mandamus, quatinus debitam obedientiam et reverentiam, quam ille que ante te commisisset tibi ecclesie regimen tenuerunt, antecessoribus eius exhibuerunt, et[Page 23]

quam tu ipsa ei et antecessori eius exhibuisti, caritate servata, eidem semper exhibeas, et de iure suo aliquid subtrahere non presumas [.....]

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus abatisse et sororibus Sancti Victorini Beneventani, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius noster abbas Sancti[Page 24]

Vincentii de Monte transmissa nobis conquestione monstravit, quod cum ei obedientiam et reverentiam teneamini exhibere, nec inconsulto abbate, qui pro tempore fuerit in prescripto monasterio, in domo vestra aliqua debeat in abbatissam assumi, eidem abbati prescriptam reverentiam et honorem contra iustitiam suptraxistis. et cum debeatis[Page 25]

ei et servientibus vel nuntiis eius cunctibus et redeuntibus pro multis possessionibus ipsius, quas tenetis, procuracionem prestare, id facere contempnitis, licet super his omnibus pactum recessisse dicatur. Quoniam igitur indecens est professioni monastice aliorum iura turbare, nec nos id in patientia sustinere possumus vel debemus, discretionem vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus debitam et consuetam reverentiam et honorem prefato abbati sine contradictione qualibet impendatis, ita quod ipse querelam replicare non debeat et nos denuo propter hoc scribere non cogamur. Datum Laterani, .x. kalendas aprilis.

Confiteor Deo omnipotenti, Patri et Filio et Spiritui sancto, beate Marie virgini, beato Michaheli archangelo, sanctis apostolis Petro et Paulo, beato Iohanni baptiste et evangeliste, beato Vincentio, omnibus sanctis et tibi pater: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam virginem Mariam et beatum Michahalem archangelum, sanctos apostolos Petrum et Paulum, beatum Iohannem baptistam et evangelistam, beatum Vincentium et omnes sanctos et sanctas et te patrem, orate pro me peccatore ad dominum nostrum Iesum Christum, amen.

In nomine Dei summi et auxiliante omnium bonorum autore domino Iesu Christo. Ex auctoritate domini Gregorii, Sedis apostolice Romane urbis Ecclesie et et regule nostre statuta, decrevi[Page 26]

ego Taso, indignus abbas monasterii Sancti Vincencii, simul cum collegio et consensu fratrum nostrorum, ut sicut ista regulam

beati Benedicti, quamquam neglegenter contendimus vivere, ita secundum eam de transactis vel recensoribus nostris offensis penitenciam agere debeamus. unde primum omnium statuimus ut illa peccata que ante conversionem aut monachi habitum perpetravimus vel commisimus, solummodo in observacione regule peniteamus et deficiamus; et sicuti casus habet humane fragilitatis natura, quisquis post susceptum monachi habitum intra monasterium in aliquo crimine lapsus fuerit, similiter per regule iudicium penitere contendat, ut ei ab abbate iudicatum fuerit, quia, ut prediximus, a pontificali Sede tale consilium et auctoritatem accepimus, quoniam iustum est ut confiteatur unusquisque sua peccata ei, qui pro omnibus sibi commissis rationem redditurus est Deo. sed et super hec, pro divino timore et ea caritate qua iubemur pro fratribus animam ponere, placuit omni congregacioni ut, tam pro nostris quam pro fratrum nostrorum offensis, sextam feriam omni tempore vite nostre extra vinum cum geiunio celebrare debeamus, excepto vere causa necessitatis et sollempnis diei, aut vie labore vel corporis infirmitate, seu nimia necessitate ad fruges colligendas, qui differre non possent: et sicut supra memoravimus de his fratribus, qui post conversionem in aliquo crimine sunt lapsi, ita determinavimus ut quadragesima maiore, in qua Deo decimas anniversarias reddimus, cum pane et aqua et sale transigant, extra vero necessitatis, ut diximus, causam. et post Pentecosten diebus ipsi fratres penitentes omni tempore, sive sollempnitatibus veris, quarta feria et sexta, sine vino reficiantur usque ad eundem tempus, quo anni penitencie sue expleantur. expletis vero cum omni congregacione ad quarte et sexte ferie ieiunia recolligantur. de his fratribus qui a modo in aliquo crimine vel facinore maiori aut minori ceciderunt, a pontificis auctoritate accepimus non ecclesiastico sed regulari iudicio iudicentur. de maioribus culpis, sicuti beatus Augustinus,[Page 27]

scripsit, quamvis ab Apostolo maiora et capitalia peccata plurima commemorentur, nos tamen breviter dicimus qualia sint: primum homicidium, adulterium, falsum testimonium, furtum rapina, superbia, invidia, duricia et, si longo tempore teneatur, iracundia et hebrietas, si assidua fuerit, in eorum numero computatur. de minimis vero peccatis vel offensis, in quibus cotidie labimur, unde, si neglegimus, maximum periculum incurrimus, cotidie confessionem facere et penitenciam agere debemus, sicut superius diximus iuxta -beati Benedicti regulam, ut salvi esse valeamus per gratiam Christi.[Page 28]

[Page 29]

[LIBER PRIMUS CHRONICE HUIUS]
CELESTIS thesauri reppertor divineque sapientie possessor, beatus apostolus Iacobus fideles edocet dicens: « Si quis indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter et non impropere, et dabit ei ». desinat humanus error, qui falsis fabulis deditus, quibusdam vanis carminibus et dialecticis argumentacionibus estimat apicem vere sapientie posse adipisci. non enim decet margaritas mittere ante porcos et divine sciencie doctrinam idolorum favoribus ammiscere. siquidem a principio ab ipso Creatore natura bene formata nichil horum potuit indigere, nisi cum diversis involuta erroribus a Deo decidisset, quo ipsum eciam Deum peniteret hominem se fecisse. ex tunc ergo voluit erroribus au-gere crimen, ut divinus honor fatuis exhiberetur simulacris, dum magis constet puritate cordis et innocencia vite ab ipso Creatore facilius id posse acquiri. prius enim sensus in homine quam litterarum materies ulla. his ergo errorum pravitatibus procul pulsus, bonorum omnium principium Dominum invocamus, ut exutos penitus omni caligine vanitatis, virtute sancti Spiritus in lucem nos deducat sue deifice veritatis, dans semper sibi subditis dextram mirifice deitatis. ||[Page 30]

Dux, dyadema, decus, lux, vita Deus
Rex, Deus excelsus, mitis, pius et metuendus
Te precor, exoro, benedico, semper adoro:
Mystica quo cernam, nitidam concede lucernam;
Principiumque libri tua dextera sit quoque finis.
Me miserans miseret miserum miserator ab alto:
Cetibus angelicis societ, rogo, munere sancto.
Vita beata, Deus, miseros miserando redemit;

Nunc hominem limo revocandum scimus ab imo.
Ad veram summi, vivi et eterni Dei noticiain pervenire cupien-t<ibus>
summe rationis <et intime puritatis> apicem optinere fis est.
in his proprium officium est subiecte creature sedule ac suppliciter
summo deservire Creatori. nam creaturarum omnium ius
digne continet ipse Creator. quicquid enim est in creatura bo-nitatis,
ipsius creature Creator suo possidet dominatu, <scilicet ab
ipso enim vivimus, movemur et sumus>. habet a Creatore[Page 31]

creatura vivere feliciter, regnare sublimiter, manere perpetuo, <scilicet
et hoc> Spiritus alit mentem, vegetat corpus, regit et intima sensus.
prima virtus antequam materi<es> ulla. materies a summo cepit,
absque materia Deus; materies absque forma, cum esset in principio
chaos. principium semper ante omnem creaturam, regnans in se
ipse Creator; distincione operum formam materie dedit; creat et
non creatur. creature vita, virtus est Creatoris. non factura Deus,
facture nempe Creator.

Quod factura viget, manet in virtute creantis. ||
Magne pater, salve, mea carmina suscipe blande,
Tuque stilum porta, mala pellens, prospera monstra,
Gaudia perpetuis tribuens cum pace diebus,
Tu decus ottune tuis, pastor amande nimis.
Felicissimo patri et venerando abbati Benedicto <meritis
et nomine> Ioannes, licet indignus, gracia Dei dictus, vester in religione
filius, quecumque beata sunt in Christo.[Page 32]

COMPELLOR, benignissime pater, famosissime honestatis vestre
obsecundare preceptis, quibus me tam sedule opus necessarium
ab aliis quidem in quibusdam imperfectum, in aliquibus vero necdum
inventum, indagandum atque perficiendum precipitis. iam
quidem nobis hoc ipsum a venerabili patre nuper iniunctum fuerat,
Girardo videlicet, actus vel nomina sanctorum patrum huius
sacri cenobii preciosi martyris Vincencii abbatum humili recensere
elogio. sed enim cum ab eodem venerabili patre, qui huius nostri
monasterii restaurator et conservator, Deo propicio, extitit, in sancta
conversacione septennis susceptus atque in via mandatorum Christi
eruditus sim, adhuc illo in corpore constituto, pro parva etate hoc
aggredi minime presumpsim. nunc, vero, omnipotentis Dei misericordia,
sacris edibus consecratus et vestro imperio roboratus, ab
ipso mundi exordio incipiam et tam beati Hieronimi presbiteri
quam Ysydori Spalensis quamque Eusebii Cesariensis edita ex aliquibus
colligentes, Pauli quoque diaconi edita ex imagine adicientes,
qui diversa precepta cum esset regis Desiderii cancellarius
nostro monasterio descripsit. precepta eciam diversorum regum
et imperatorum ac privilegia pontificum Romanorum, oblationes
quoque fidelium diversorum, terrarum sive ecclesiarum in his collatarum
pariter scribimus. oportunum autem duximus hic specialiter
illorum inserere nomina, quorum privilegia vel precepta
continentur in scriniis et descripciones confirmacionis oblationum:
Privilegium primum Stephani pape secundi Atoni abbati datum.
Privilegium secundum Paschalis pape primi Iosue abbati datum.
Privilegium tertium Iohannis pape octavi Maioni abbati datum.
Privilegium quartum domni Iohannis pape noni domno Godelperto
abbati datum.[Page 33]

Privilegium quintum Stephani pape septimi Raymbaldo abbati.
Privilegium sextum Marini pape secundi Leoni abbati datum.
Privilegium septimum domni Iohannis pape duodecimi domno
Paolo abbati datum.
Privilegium octavum domni Benedicti pape septimi domno Iohanni
abbati datum.
Privilegium nonum Gregorii pape quinti Iohanni abbati datum.
Privilegium decimum Sergii pape tercii Ylario abbati datum.
Privilegium undecimum Leonis pape noni Lifrido abbati datum.
Privilegium duodecimum domni Nycolai pape secundi domno
Iohanni abbati datum.
Privilegium tertium decimum domni Alexandri pape secundi
domno Iohanni abbati datum.
Privilegium quartum decimum domni Urbani pape secundi
15 domno Girardo abbati datum.
Privilegium quintum decimum domni Paschalis pape secundi
do[m]no Amico abbati datum.[Page 34]

APOSTOLICE institutionis, immo pocioris divine oraculo iussionis,
maiorum preceptis nos obedire oportere scientes precipueque

ad summum illud edocti magnifice pietatis exemplo pro
tocius mundi salute patientis Christi, obedienciam summo mentis
conamine sequi, tandem <longi> soporis longique potius meroris,
qui tam morte <Benedicti> patris quam longe nostre calamitatis
inheserat, tedium deponentes, vestre precepcioni, venerande pater
[Benedicte], colla summittimus, et quod nobis aliorum emulationi
opponitis exequendum, diu vobis iubentibus, iam iamque
obedire decrevi. multis quidem licet hoc utile gratumque estimetur,
maximeque nostre congregationis senioribus, michi tamen
satis importabile potiusque ommittendum foret, nisi vestre auctoritatis
et illorum caritatis ac precipue pure oracionis suffragaret
auxilium.[Page 35]

In septem igitur || divisionis gradus opus omne distinguimus
ut quia septem diebus universa opera Creatoris condita eorumque
numero cuncti temporis metam vel augeri vel deficere cernimus,
sepcies quoque Prophetam Domino in die laudem decantare novimus;
septem quoque ecclesias in unitatem fidei convenire ex tocius
mundi latitudine ad Christi pietatem, quibus Iohannem in A p o c a l i p s i
et paulum septem epistolas scribentem vidimus; urbem
etiam Hiericho septimo circuitu arce Domini corruisse didicimus;
omniaque condita continere, quibus donis ad hec agenda nos instrui,
nostrisque cordibus ingeri, et expulsis xunxitis tetris caliginibus
sue claritatis radiis illustrare, flammaque sui amoris nostre squallida
rubiginibus purgare, et vos iubentes et nos obedientes, hecque legentes
atque credentes respicere et confortare dignetur. Certissime ergo
nobis tam nostri sacri Vincentii auctoritas qua aliis in hoc eminere
patet. Dum in beato suo corpore gloriosa vere fidei Christi
vexilla suscipiens, martiriali titulo insignitus, dupplici decore prefulget,
nostreque ecclesie nostris temporibus decus adugens, apostolica
vice potitur quam domni apostolici pape Paschalis gratissima
precepcio opus perficere iuvat. Id enim vos facile meminisse
credo, dum apud sacram urbem Beneventum pro nostre ecclesie
utilitatibus ad eum profeti fuisset, oportune huius operis principia
me ibidem ostendisse, in quibus venerandus ille Iohannes
tunc cancellarius, mox autem post decessum pontificis in papam
Gelasium electus, cum gratifice delectatus amplecteretur, et de his
suscitans pontifex || didicisset, me intuitus, cum hec sepe respexerat:
« Bene », inquit, « o fili, magum opus cepisti, sed bene cepta melius
perficere stude ».[Page 36]

Multis itaque et diversis in hoc labore necessariis rebus, multis
necesse est nos rationibus insudare, dum multa ex paucis nos oportet
sedule cogitare, undique nobis in his occurrendum vel consulendum,
ut quit abiciendum, quidve adiciendum sit salubriter adven-satur.
non enim preteritorum quam presencium nos angustant
necessaria instrumenta operum diversorum. denique post catalogum
imperatorum pontificumque Romanorum, ducum quoque et
principum Longobardorum vitas, decessus seu actus abbatum nostrorum
pleniter digerere, precepta etiam regum, ducum, principum
vel quorumlibet oblationes fidelium ammiscere; ultime autem
partis ordinem multa multorum utiliter optinere debebunt loca populorum.
sit, rogo, cunctorum vota legencium, pii operis effectus
misericorditer intuentes, et si quid pro celeritate dictandi casu proprie
fragilitatis deprehenderint aut dempsisse aut ademisse, memores
debite caritatis clementer emendare, et non obiurgare procaciter procurent.
hoc enim precipue illis videbitur amplectendum, qui cum
multa videantur possidere, multis multa indigentibus non noverunt
invidere. oportet enim nos vera fide scribentes illa illis offerre,
que absque omni scrupulo sumere debeant recto sensu legentes.
principium porro libri huius, post illa superiora a primo Paldone
incipit finemque sui in undecimo Iosue reponit. est in his certa
et utilis divisio, dum loci mutacio et amplioris basilice edificacio
racionem ostendit.
Rursus secunde partis labor ab eodem Iosue usque ad || desolacionem
ipsius monasterii porrigitur, que a Sarracenis sub nono
decimo Maione facta memoratur. et in his quoque multorum
labor, multorum manet et amor. certum fidei vexillum, quasi
prima fronte Trinitatis laudem sonantes, terciam partem libri beatorum
optinet numerus decollatorum omnium decus purpureum;
cunctorum in hoc loco principes facti precedencium et subsequencium
patrum. horum digno stilo passionis agonem explicabimus.
nimis difficilia et ardua post hoc sequuntur longa longi temporis discrimina,
que cuncta in quarte partis ordinem colligere, ut vetus
excidium et sequens edificium insinuet, quasi iam somno resoluti, inteximus.

dehinc quasi decursis tenebris in lucem erumpimus, et a venerabili patre Ylario, quasi nove salutis gaudio, usque ad eiusdem monasterii transmigracione[m], immo omnium antiquorum edificiorum omnimoda[m] subversione[m] quinto loco lineam extendimus. inde in novo labore, quasi in nova refeccione discumbimus, et a nostre conversacionis temporibus in sexto libro huius operi, cum novi monasterii edificiis, venerabilem Girardum et religiosissimum Benedictum ad vos usque deducimus. digna vobis post hec mercede remunerandis septimus liber dicabitur, tanto pre ceteris amplior, quanto propinquius iudicii diem prestolans iusti iudicis retribucionem quisque se sperat sine fine gaudere, ubi post laborem magne defeccionis, cena preparatur ultime refeccionis, ideoque quo amplius desideratur, dum dies et hora ignoratur, in septime etatis tempore amplius prolongatur. unde non inmerito vobis hec porcio restat, cui, velud Esdre sacerdoti, templum perficere et legem renovare concessum est. nos quoque huius laboris ministros ultimum in calce voluminis subinserere, vobis iubentibus, presumimus. verum ex his quedam subtraximus, posteriori loco inferenda, que minus infra hec utilia videbantur. sunt enim aliquando memoranda, que quasi singulari loco posita videbuntur, horum fortasse de quibus Propheta dicebat: quibus «iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam». iam ergo post Egypti expoliacionem libet vobis divine iussionis virga ingressuris nobis maris undas dividere, ut involutis sua cum rabie curribus Pharaonis, leto cordis iubilo Domino cantica persolvamus, ob cuius sanctificationis transitum procedentibus nobis divine columpne intuitu, quo gressus figere vel quo leticie gaudia permixtis beatorum turmis sumere oporteat capiamus. Hinc quoque Amalech irruentem cum scandalis pravorum, vel libore invidorum vestre dextere extensio nobiscum subiciat preliantibus, et dulcis laticis vena nostri fecundet arida pectoris;[Page 38]

alta dehinc Syna cacumina tendens, amico colloquio Legislator ipse percipias, que te docentem, et me scribentem, beatos prestat perfecto fine gaudere. nec minus istis addiscas fabricam arce, et legem datam reportes digito Dei. sic fratribus cunctis precellas meritum iustis. non timor hostis te frangat viribus fortis, sed edis sancte componas opera digna, dum te in nube maiestas protegat Dei. nobis hunc celso libeat radyare in templo et sacro tegat humeros dyademate claros, pectus ac frontem muniat, ut limina postes, sueque sorti numeret post funera mortis. Prima virtus requirere superius. POST mundi igitur creacionem elementorumque constitutionem, uti Deo placita fuere, nam ante quidem, cum tenebre essent super faciem abyssi, spiritus quoque eius ferretur super aquas, et in se ipso Deus regnaret, nec tenebre tamen iam fuit ulla faccultas, cum Deo enim tenebre nulle. <Aiunt quidam: quid faciebat Deus ante quam mundus esset? respondetur: eternitas semper in Deo est. et si in re mundus non erat, in eterna ratione et consilio apud Deum semper erat, nec tempus ante principium, sed eternitas est. Deus semper incommutabilis est, quia semper eternus est, et omnia apud eum semper fuerunt et sunt>. sed Omnipotentis arbitrio cum cuncta provide et utiliter creata persisterent, hominem quoque, qui creaturis omnibus preferretur, essentque eius dominatui cuncta subiecta, constituit. huic ex limo terre agenti materiem carnis, sui vultus similitudinem dedit, et ut beate vivens felicitatem perpetuo optineret, alteram[Page 39]

previdit similem ob universe carnis creacionem, in adiutorium eidem, que de dormientis costa formata, ab eo, unde supmta est, virago vocabulum supmsit. hos ergo cum in medio Paradysi constituisset, operari et custodire, illud quo esset eis prolis fecunditas, sumerentque, cum illi beneplacitum fuisset, absque carnis corrupcione angelice societatis honorem, viteque beate gloriam cum omnigenita stirpe perpetuo fruerentur, sublatis in lapsorum angelorum sublimitate locorum, ne celi cives paterentur dampna ruine. in his preceptum dedit, ne, cum omnium Paradysi arborum gustu fruerentur, unius sibi presumerent tactum gustumve. nam illis morsum agentibus morte, que a morsu dicta est, non carerent. hoc ille, qui iam de summa celi arce cum male sociata sibi caterva deciderat, ut vidit invidit. et ne illorum ad celos esset || ascensus, serpentis se lingue intexens virus profudit et inquit: « Cur tam iniusta vobis dominatur paupertas, ne libeat vobis tam pulchre

arboris donum ad vestros libitus suum convertere pomum?
en, si supmseritis, erit lucifer totus; quod Dominus dixit, non
erit congruum opus ». ut audax mulier captavit verba doloris,
mox male credula presupmsit gustum crudele, deditque viro necem
pro lumine, numen se fieri posse credens. dum noxia nossent,
haud mora, illis versantur tempora leta. tecto pudore dant se
pro septa latebris. iamque meridies defecerat eis post auram, tum
subito vocem percipiunt iudicis magnam, an sua nossent iure precepta
servanda, quin istis foret sua fortuna neganda. pavens et
favens herus incusat iugalem; dat verba illa pestem referre malignam,
seque deceptos nullam preripere causam. fert iudex istis
doloris labore[m], ut afflicti non sibi soli, sed omni proferant stirpi.
lugeant semper merito amborum delicti. pelle sarcitos eliminat
gaudiis illis, et claustra mandat servare romphea ignis. « En »,
inquit, « homo quem condidi magno amore, extorris factus, abigeris
dyro dolore; non vita tibi, non gaudium dabitur tristi! o vere[Page 40]

miser, michi quare non credidisti?, ex, terra supmtus, idipsum
eris consumptus ».
Igitur post expulsionem Paradysii Dei, dominante sibi prevaricationis
delicto, Adam cognovit uxorem suam. et primum
quidem genuit Cain, ac secundum Abel. Cain <id est possessio>
quoque cum cognovisset uxorem suam genuit Enohc. Abel <id
est luctus>, quippe cum nullius prolis dedisset conceptus, sancto
martyrio et beata innocenda consumatus, primus extitit virgo:
cuius meriti ius ita Deus decrevit augere, ut cunctos eius similes
pietatis dederit complere fecunditatem ipsius generacionis, qui merito
dicerentur filii Dei. huius loco natus est Seth, quem genuit
Adam, cum esset annorum .CXXX. Seth <id est resurreccio>
in anno vite sue cv. genuit Enos, vivente Adam et habente annos
CCXXXII., completisque Seth annis DCCCCXII. mortuus est.
Enos <id est violentus> cum esset annorum cc. genuit Cainan,
anno vite Ade cccxxv., completisque Enos annis XCCCCV. Mortuus
est. Cainan <lamentacio> in anno xx. genuit Malalehel,
anno vite Ade cccxcv., completisque Cainan annis DCCCCX.
mortuus est. Malalehel <laudans Deum> in anno LXV. Genuit
lareth, anno vite Ade CCCCLX., completisque Malalehel annis
DCCCXCV. mortuus est. lareth <roborans> in anno CLXII.
genuit Enohe, anno vite Ade DCXXII., completisque lareth annis
DCCCCLXII. mortuus est. Enohc <id est dedicacio> in anno LXV.
genuit Mathusalam, anno vite Ade DCXXXVII., et non apparuit[Page 41]

in hominibus, quia tulit illum Deus. Mathusalam <mortis
concussio> in anno CLXXXVII., genuit Lamehc, anno vite Ade
DCCCLXXXVIII., completisque Mathusalam annis DCCCCLXVIII. Mortuus
est. Adam <terra rubea> vero completis DCCCCXXX. Annis,
promissionem Dei percipiens, ex pulvere supmtus, in pul-vere
redit consumptus, sepultus in loco arve, ubi postea Abraham
Ysaae et Iacob sepulti sunt. Lamehc <humiliatus> in anno CLXXII.
genuit Noe, completisque annis DCCLXXVII. mortuus est. Noe
<requies> in anno D. genuit Sem <nomen>, Cham <calidus>
et Iaphet <latitudo>. Sem <nominatus> habente annos C.
diluvium factum est. hic p e r f e c t o a n [n] o r u m n u m e r o
IICCXLII a m u n d i i n i c i o
SECUNDA ETAS AGITUR.

Sem in anno CII. genuit Arfaxat. biennio post diluvium,
anno vite Noe DCII., completisque Noe annis DCCCCL., mortuus
est. Sem quoque peractis DC. annis mortuus est. Arfaxat
<sanans depopulacionem> in anno .xxxv. genuit Salem, a quo
Samarite et Indi, completisque Arfaxat annis *** mortuus est.
Sale <pax> in anno .xxx. genuit Heber, a quo Hebrei dicti sunt,[Page 42]

complelitisque Salem annis cxxx. mortuus est. Heber <transitor>
in anno XXXIIII. genuit Faleg, completisque Heber annis
CCCCLXIIII. mortuus est. hic edificatur turris superbie.
Faleg <dividens> in anno xxx. genuit Ragau, completisque
Faleg annis CCXXXVIII. mortuus est. hic dii Paganorum primum
adorantur. Ragau <egrotans> in anno XXXII. genuit
Saruhc, completisque Ragau annis CCXXXIX. mortuus est.
regnum inchoatur Scitharum. Saruhc <perfectus> in anno .xxx.
genuit Nachor, completisque Saruhc annis ccxxx. mortuus est.
regnum Egiptiorum nascitur. Nachor in anno XXVIII. genuit
Thare, completisque Nachor annis CXLVIII. mortuus est.
regnum Assiriorum et Sicinorum oritur. Thare <gaudium> in
anno LX. genuit Abram, completisque Thare annis .ccv. mor

-tuus est. ars magica a Zaroa repperitur. hic e x p l e t o
n u m e r o a n n o r u m DCCCCXLIII. a Noe
ETAS TERCIA INGREDITUR.
Abram. <pater excelsus> in anno LXXXVI. genuit Ismahel, a quo
Ismahelite fuerunt; deinde genuit Ysaahc in anno c, et[Page 43]

post annum CLXXV. mortuus est regnum Argivorum cepit.
Ysahac <risus> in anno LX. genuit Iacob, et post annum CLXXX.
mortuus est.
Iacob <suplantator> in anno Foroneas Greciem legem dedit
xc. genuit Ioseph.
Ioseph <augmentum> in anno Iacob Egyptum ingreditur cum
.XVII, a fratribus venditur. fillis.
Hebreorum servitus per annos Athlans astrologiam invenit

Moyses <assumptus de aqua> Hebrei litteras habere ceperunt
in anno LXXX, dux cepit esse et completis Moyses annis
populi.. CXX., Iosue, principatum dans,
mortuus est .[Page 44]

Iosue <salvator> dux annis XXVII. IIIDCCCLV
Gothoniel dux annis LX. IIIDCCXCV
Aoht <inclitus> iudex annis LXXX. IIIDCCCLXXV
Deborra <apis> iudex annis XL. IIIDCCC***
Gedeon <circumiens in utero>, iudex annis XL. IIIDCCCLV
Abimelech <pater meus rex> iudex annis III. IIIDCCCCLVIII
Tola <coccinum> iudex XXIII. IIIDCCCCLXXI
Iayr <illuminans> iudex XXII. IIIVIII
Tebyth <conversio> iudex VI. IIIXVI
Abessa <patris mei incensus> iudex VIII. IIIXX
Abdohc iudex viii. IIIXL
Sanson <sol eorum> iudex xx.
Heli <Deus meus> iudex XL. IIILXXXIII
Samuhel <nomen eius Deus> iudex XL.
Saul <expetitus> pretermisus. IIICXXIII
H i c p o s t e x p l e t i s m i l l e X X I I I I . a n n i s
David <manu fortis> regnavit annis XL. IIICLXIII[Page 45]

I s t i s u n t a n n i a b i n i c i o m u n d i .
Cahtmus litteras Grece dedit.
Fabule fide sunt.
Apollo cytharam repperit.
Mercurius liram condidit.
Corius in Greciam inventus.
Priamus regnavit in Troia. <Primus Ianus regnavit in Italia. et secundus
Saturnus>.
Carme[n]tis litteras latinas invenit. < Picus regnavit in Italiam tercius
quartus Faunus>
Hercules in flammis se iniecit
Alexander Helenam rapuit. <Latinus regnavit in Italia quintus rex>.
Troia capta est <a Grecis. Eneas et Anchises veniunt ad Italiam anno III.
post excidium Troie. et regnavit Eneas in Italiam annis tribus>.
Ascanius Alba incondidit <Enee filius> regnavit in Italia Asnacius annis XXXVIII
deinde Silvius totidem>.
Arca testamenti capitur. <Eneas Silvius regnavit annis xxxi. Alva Silvius
regnavit annis XXXVIII>.
Omerus fuisse putatur. <Egistus regnavit annis XXIII.>
Dehinc Libri Regum.
ab Abraham QUARTA ETAS AGITUR.
Carhago a Didone conditur. <Capis Silvius regnavit in Italiam. annis XXVI
hic Capuam edificavit>.[Page 46]

Salomon <pacificus> annis XL. IIICCI
Roboam <latitudo populi> annis XVII. IIICCXI
Abia <pater dominus> annis III. IIICCLXX
Asa <attollens> annis XLI IIICCLXXV
Iosaphat <ipse iudicat> annis xxv. IIICCLXXV
Ioram <sublimabitur> annis VII. IIICCXCVII
Ochozias anno I. IIICXCVIII
Athalia <tempus eius> annis VII. IIICCCV
Ioas <Domini robur> annis XL. IIICCCXLV
Amasias <robustus Domini> annis XXVIII. IIICCCCLXXIII
Ozyas <fortitudo Domini> annis LII. IIICCCCLXXVII
Ioatham <perfectus> annis xvi. IIICCCCLXII
Achaz <fidelis> annis xv. IIICCCCLVIII

Ezechias <fortis dominus>annis xxviii. IIICCCCLXXVII
Manasses <obliviosus> annis LV.
Mathan <donans> annis II. IIIDXLV[Page 47]

Templum Hierosolimis edificatur. <Carpentus Silvius regnavit annis XIII.>
Regnum Israhel et Iuda dividitur. <Agrippa Silvius regnavit annis XL.>
Sub hoc Abimelech pontifex fuit. <Aremus Silvius regnavit>.
Achias, Amos, Ieu, Iohel prophetaverunt. <Aventinus Silvius regnavit*****
annis .XXXVII>
Helias, Abdias et Micheas prophetaverunt. <Procras Silvius regnavit annis
XXIII>
Helias et Eliseus prophetaverunt.
Helias rapitur.
Ionadab sacerdos claruit.
Heliseus moritur.
<Amulius regnavit annis XLIII. inde Remus et Romulus oriuntur.
Olimpiadas a Grecis instituitur.
Romulus nascitur. <Post Troie excidium anno CCMIII>.
Roma conditur. <Numa Pompilius Rome fit rex>.
Senatus Rome fit ex centum electis qui Propter senectutis honorem senatores
dicti sunt. <Byzantium civitas condita est a Pausania rege Spartanorum>
Sybilla claruit Sanau. <Tullus Ostilius Rome fit rex annis XXXII.>
Census primus agitur, quod inventum est a Sergio Tullio rege <Romano>
<Ancus Marcius Rome regnavit annis XXIII.>[Page 48]

Ioasias <salus Domini> annis. XXXII. IIIDLXXXVII
Ioachim <Domini preparacio> annis XI. IIIDLXXXVIII.
Sedecias <iustus Domini> annis XI. IIIDCVIII.
H i c d e c u r s i s D C V I I I . a n n i s
Hebreorum captivitas. LXX. annis.
Darius annis XXXIII. IIIDCCXIII.
Xerxes annis xx. IIIDCCXXXIII.
Artaxerses <lumen silencio temptans> XL. IIIDCCLXXIII.
Darius annis xviii. IIIDCCXCII.
Artaxersis <lumen silencii> XL. IIIDCCCXXXII.
Artaxersis<lumen silencii> XXVI. IIIDCCCLVIII.
Xerxes annis IIII IIIDCCCLXII.
Darius annis VI. IIIDCCCLXVII
Alexander Macedo <auferens angustiam tenebrarum> v. IIIDCCCLXXIII
Ptholomeus <deducens ad Deum>. XL.[Page 49]

Caleph philosophus agnoscitur. <Senatus Rome augetur. Ostia civitas
edificatur>
Nabuckodonosor Iudeam captivavit. <Capitolium Rome edificatur a Prisco
Tarquinio, qui regnavit annis XXXVII>.
Templum Hierosolymis incensum est <a Nabuchodonosor rege.>
a D a v i d QUINTA ETAS AUGETUR.
<Servius Tullius Rome regnavit annis XXXIII>
Iudii hystoria scribitur. <Lucius Tarquinius, regnavit annis xxxv.>.
Iudeorum captivitas solvitur.<Pitagoras philosophus claruit>.
Alexander magnus nascitur. <Rome consules pro regibus regnare ceperunt>
Esdras incensam legem renovat. <Rome dignitas creatur, que dictatura
vocatur>.
Hec etas habuit Platonem. <Romani sibi tribunos fecerunt>.
Hystoria expletur. <Rome decemviri dicti in consulatu constituti
sunt>.
Romani contra Sannitas pugnare ceperunt. <Samnite Romanos vicerunt>.
Socrates illustris habetur. <Romani iterum, sibi tribunos fecerunt>.
Alexander Hierosolimam cepit. <Samnitus civitatem Romani subverterunt>.
Alexander Asiam optinuit.
Hic Iudeos, qui in exilio erant, absolvit et vasa sancta Eleazaro pontifici restituens,
septuaginta interpretes peciit, ac divinas Scripturas in grecum eloquium
transtulit. per idem tempus Aratus astrologus agnoscitur, atque argentei
nummi primum Rome constituuntur. Beneventus a Romanis recedificatur.
<Rome in media urbe infernorum ignes patuerunt>.[Page 50]

Filaxelfius. XXXVII. IIIDCCCCLI.
Evergetes annis. XXVII. IIIDCCCCLXXVIII
Filopater annis. XVII. IIIDCCCXCIII
Epyphanes. XXIII. VxvIII
Philomater. XXXV VLIII
Evergetes. XXVIII. VLXXXII
Soter annis. XVII. VXCVIII
Alexander<vilentus>annis. X VCXVIII
Ptolemus annis. VIII VCXLVII.

Dyonisius<diudicatus> annis. XXX. VCXLVIII.
Cleopatra annis. II VCXLVIII
Iulius<incipiens> Cesar <qui et Caius>[Page 51]

Septuaginta interpretes agnoscuntur. < Romanorum regnum a senatoribus
et consulibus agitur>.
Iesus Sapientie librum composuit. <bellum Punicum cepit anno
CCOCCLXOXVIL>
Ma c h a b e o r u m s e c u n d a l i b r i h y s t o r i a f i t <celo nocte multa luce
fulgente tres lune apparuerunt>.
Romani Grecos optinuerunt.
Scipio Africani vicit, Carthaginem dextruxit, que viginti duo millia passuum
cingebatur muro.
Brutus Spaniam, subegit. <Dracoes Romanis subiciuntur>.
Annibal ad Italiam venit, ubi XXX. senatores, XL Millia milites et centum
millia equestres occidit>.
Syria Romanis subiecta est. <in Sicilia bellum servile oritur, ubi xx. Millia
servorum occisi sunt>. bellum Punicum finitum est post annos
XXII>.
Rethorica ars Roma cepit. <Cicero Arpini nascitur. bellum Maceronicum
cepit anno DLI.>
Pompeius Iudeam captivavit. <Bellum civile cepit. anno. DCOIO>
Egyptus Romanis subditur. <Lucius Catilina Urbe expulsus est a. DcvIII.
anno sexcentesimo nonagesimo tercio postquam Roma facta est, Iulius Cesar
consul factus est.
Hic primus monarchiam tenuit, insignia bella peregit, pietate amabilis,
a Romanis xxxII. plagas accepit et mortuus est <anno DCCOVIIIIO.>[Page 52]

H o c l o c o t r a n s a c t i s a n n i s D X V I I I .
Octavianus.
Christus de Virgine nascitur.
Tyberius Claudius Mero. VCXCVIII.
Caius <vallensis> Calicula IIII. VCCXXXVII.
Claudius Tyberius <spes tranquillitatis>XIII. VCCLI.
Nero annis XIII. VCCLXV.
Vespasianus VIII. VCCLXXV.
Titus <mutatus> annis II. mensibus VIII. VCCLXXV.
Domicianus xv. VCCXCIII.
Nerva anno I. VCCXCIII.
Traianus Ulpus xvIII. VCCCXIII.
Adrianus Helius XXI. VCCCXXXIII.[Page 53]

a t r a s m i g r a c i o n e S E X T A E T A S G R A D I T U R .
Hic nepos Iulii Cesaris fuit, solus potestatem Rome tenuit, et in toto mundo
bella finita sunt. Roma multis edificiis ornatur ab hoc Cesare.
Virgilius et Flaccus poete fuerunt.
Hic privignus Octaviani fuit. bella civilia Rome fiunt. quinto decimo
huius anni Christus predicare cepit, et in XVIII0 crucifixus est.
Matheus evangelium suum scribit .
Hic computatis civibus urbis Rome invenit sexies mille millia DCCCC. et
XI. millia virorum, Petrus apostolus Romam ingreditur <Marcus
evangelium edidit.
Iste Romam incendit, ut per VI. dies et VII noctes civitas ipsa arderet
hic male periit. Petrus et Paulus ab eo necantur. <Ierosolima a
Tito subvertitur>.
Iste rectus fuit et largitor pauperibus.
Iste facundus et pius fuit, ita ut nulli negaret quod postulatus esset, qui omni
populo Romano extitit sicut pater, dictus delicia populi.
Iste occidit nobilissimos senatores, et se primum vocari precepit deum et dominum.
occisus est in palacio a suis. Iohannes apostolus in Pahtmos
relegatur.
Iohannes apostolus Ephesum redit.
Iste Rome arcum mirabile fecit, quod dicitur Pietatis. hic in urna aurea missus
solus in Roma sepultus, positus est in columpna altitudine pedum cxL.
Iste edificavit Hierusalem extra portam ubi Christus crucifixus est, et vocavit
eam suo nomine Heliam. [A]quila interpres habetur.[Page 54]

Antoninus Pius XXII. VCCCLVI
Antoninus Marcus XVIII. VCCCLXXXIII.
Commodus annis XIII. VCCCLXXXVI.
Heflus Pertinax anno I. VCCCLXXXVII
Severus annis XIII. VCCCCVI.
Antoninus Caracalla VII. VccccXIII
Macrinus Opilius anno I. mensibus x. VccccXIII
Aurelius Marcus Antoninus IIII. VccccXVII

Alexander Aurelius <auferens angustiam tenebrarum> XII. VCCCCXXX.
Maximus IIII. VCCCCXXXIII.
Gordianus annis VII. VCCCCXL.
Hic a b e d i f i c a c i o n e u r b i s R o m e
Philippus <os lampadis> cum filio v. VCCCCXLVII[Page 55]

Iste fuit omnibus bonus et honorabilis, et laudabiliter vixit, dictus Pius propter
misericordiam quam habuit in omnibus. Valentinus et Marcion heretici
agnoscuntur.
Iste tantum fuit mansuetus, ut neque de gaudio, neque de tristitia mutaret
vultum. Catafrigorum hereses agnoscuntur.
Iste multos senatores interfecit quos sapientia et nobilitate optimos invenit.
Theodocion interpres habetur.
Nichil habet hystorie.
Iste natura crudelis fuit, prelia multa fecit, persecucionem in Christianos
exercuit, ideo dictus Severus. Symmachus interpres habetur.
Iste balneum nobilissimum fecit Rome. <quinta edicio Hierosolimis invenitur>
Huius brevitatis vite nil gestorum habet.
Iste cum magno gaudio a senatoribus est susceptus. sed pro suis turpitudinibus
cum matre est perepmtus. Sabellius oritur.
Iste nimium fuit laudabilis et bonus, matre Christiana genitus, Christianis persecucionem
non intulit. Origenes insignis habetur.
Iste sine voluntate senatorum imperator factus est. Persecucionem in Christianos
fecit. Germanos vicit
Iste de Parthis et Medis triumphavit. Et per fraudem occisus est a Philippo,
qui post eum regnavit
a n n u s a g i t u r m i l l e s i m o
Iste primus Christianus imperator fuit. iste per fraudem occisus est cum
filio suo Philippo, qui tam moderatus fuit, ut numquam moveretur ad
risum.[Page 56]

Decius cum filio suo II. VCCCCXLVIII.
Gallus Ostilianus annis II. VCCCCCL.
Valerianus et Galienus xv. VCCCCCLXV.
Claudius annis II. VCCLXVII.
Aurelianus annis v. mensibus VI VCCCCCLXXIII.
Tacitus mensibus XI. VCCCCCLXXIII.
Probus annis v. mensibus IIII. VCCCCCLXXX.
Carus cum Carino et Numeriano II VCCCCCLXXXII.
Dioclicianus cum Maximiano xxv. VDII.
Galerius et Constancius II. VDIIII.
Constantinus xxx. VDXXXIIII.[Page 57]

Iste per fraudem suscepit imperium, occisis a se Philippis, et multos martires
fecit; gurgite mersus periit.
Iste nichil boni fecit, sed eius tempore morbus et egritudo in omni provincia
Romana fuit. Novatus heresem condidit.
Iste Valerianus comprehensus a rege Persarum, quandiu vixit, equitatu regi
<semper> pronus, in terra manus ponens, illius pede cervicibus calcatus, <mo
ritur in servitute>.
Iste Gothos ab Illirico expulit, pugnavit cum Alamannis trecentis milibus et
vicit eos, sed et senatores in magno honore eum glorificarunt.
Iste primus apud Romanos coronam capiti suo imposuit, et vestimenta cum
auro et gemmis induit, quod consuetudo non erat. Christianos persecutus
est.
Iste nichil memorabile egit.
Iste fuit bonus et rectus, et in gloria sua similis Aureliano. prelia multa
vicit. Manicheorum heresis horta est.
Iste contra Persas pugnavit et fortiter vicit, percussus hictu fulminis super
Tygridem mortuus est.
Iste fuit astutus et subtilis ingenii; primus se fecit adorari sicut deum. imperium
sponte deseruit. venenum bibens se ipsum occidit.
Iste nichil dignum ystorie contulit.
Iste secundus Christianus imperator Rome celebrat generale concilium, et
Nicenam synodum statuit. sancta crux invenitur Hierosolymis. iste,
sicut ex tradizione seniorum percepimus, cum plures ecclesias in Italia fecisset,
videlicet Rorne VIII., Albano I., Neapolim I., Capue I., isto quoque in[Page 58]

Constancius XXIII. VDLVIII.
Iulianus apostata .II. VDLX.
Iovinianus I. VDLXI.
Valens annis XIII. VDLXXI.
Gracianus annis VI. VDLXXV.
Valentinianus VIII. VDXC.
Theodosius annis III. VDXCIII.

Archadius annis XIII. VDCVI.
Honorius annis xv. VDCXXI.
Theodosius annis xxvi. VDCXXIII.
E x q u o R o m a f a c t a[Page 59]

loco super Vulturnum fluvium, divina revelacione, ecclesiam Beatissimi Vincencii
martyris primus edificavit. cuius ecclesie edificia illa fuisse que primi
patres Paldo, Tato et Taso invenerunt. postquam Constantinopolim perrexit.
Antropoformitarum heresis oritur in imperio.
Iste fuit bonus, tranquillus et placidus.
Iste ex Christiano Paganus factus est, percussus divino iudicio cum sua blasphemia
finitur.
Iste fuit nobili corpore letus et studiosus in litteris. [i]ste catholicus christianus
fuisse dinoscitur.
Iste legem dedit, ut monachi militarent, qui a Gothis percussus et incensus est.
extitit enim Arrianus. Gothi eretici efficiuntur.
Iste christianissimus et victoriosissimus fuit, conversus per sanctum Ambrosium
cum omni Italia ab Arriana heresi. Priscianus agnoscitur.
Iste omnia vicia hodievit, maxime avariciam.
Iste legem dedit, ut dampnandus post iudicium triginta dies spacium optineret
inducie propter misericordiam. Iohannes ana<cho>reta claruit.
Iohannes Chrisostomus clatuit. <Martinus episcopus>.
Istius tempore Roma a Gothis capta est <cum Ragadaiso>. Ragaisus Italiam
venit, et Romam cepit. Augustinus episcopus docuit.
In Cartagine Geserycus rex episcopus. CCCXXX. exiliavit, ecclesias clausit.
est, anni sunt MCXL[Page 60]

Marcianus annis VI. VDCXXX.
Leo maior annis XVII. VDCXLVI
Zenon annis XVI. VDCLXIII
Anastasius XVII. VDCLXXX
Iustinus annis XI. VDCLXXXVIII
Iustinianus XXXIX. . VDCCXXVII.
Iustinus XI. . VDCCXXVII.
Tyberius VII. . VDCCXLV.
Mauricius XXI. . VDCCCLXVI
Focax VII. VDCCCLXXIII
Eraclius XVII. VDCCXC.
Constantinus filius eius mensibus XI. . VDCCXCI.
Eraclonas II. . VDCCXCII.[Page 61]

Calcedonensis synodus extitit. istius tempore Roma capta est a Vandalis,
Capua et Nola everse. Cartagini Honericus rex Arrianus factus est.
Nestorius heresiarca extitit.
Istius tempore Odoacar cepit Romam et omnem Italiam. Egyptus errore
Dioscuri latrat. dignitas Romanorum cum imperio deficit. anni dominice
incarnacionis sunt hoc loco ccccxxv.
Iste dedit Italiam ad habitandura Theoderico regi Gothorum Longobardi a
Pannonia egrediuntur.
Iste cum esset hereticus, percussus fulmine interiit. Vuandali extinguuntur
in Africa.
Iste intra urbem Constantinopolim construxit templum greco vocabulo Agyon
Sophion, cui similis in toto mundo non invenetur.
Sanctus Benedictus effulsit. Armeni fidem Christi suscipiunt.
Longobardorum reges statuuntur.
Longobardi Italiam capiunt. <Gothi catholici efficiuntur>.
Iste quinquagesimus Romani regni imperator fuit. <monasteriurn Sancti Benedicti
destruitur a Longobardis>.
Iste primus ex Grecorum genere fuit imperator.
Iste vicit Chosroe regem Persarum. sancta crux exaltatur. huius et .IIII0.
principis Sysebuti anno Iudei in Ispania Christiani efficiuntur.[Page 62]

Constantinus XXVIII. . VDCCCXX
Constantinus XVII. VDCCCXXXVII
Iustinianus x. . VDCCCXLVII
Leondus III. . VDCCCL.
Absimarus VII. VDCCCLVII
Iustinianus iterum VI. . VDCCCLXIII
Philippicus II. . VDCCCLXV.
Anastasius II. . VDCCCLXVII.
Theodosius I. . VDCCCLXVIII.
Leo annis XXIII. . VDCCCLXX.
Constantinus XXXV. . VDCCCXCIII.
Leo annis v. VDCCCCXXVIII
Heyrene cum filio Constancio x. . VDCCCCXXIII.

Constancius solus VII. . VDCCCCXLI
Heyrene sola annis V. VDCCCCXXXIII.
Nycephorus annis VIII. . VDCCCCLV
Michahel Curopalates II. VDCCCCLVII
Leo Armenus annis .VII. . VDCCCCCLXIII
Michahel annis VIII. VDCCCCCLXXIII.
Theofilus filius eius cum filiis.
Michahel et Constancius XII.. VDCCCCCLXXXV
Michahel Porfirogenitus filius eius cum matre XX. Viv
Michahel solus VI. VIXI
Basilius Paracemumenus eius .XI. VIXXII
Leo et Alexander filius eius cum eo .IX. VIXXXI.[Page 63]

Iste Beneventum obsedit, et Rome ornamenta multa abstulit.
Istius....
Istius tempore Saraceni Carthaginem ceperunt et ad solum usque prostraverunt
sed postea Iusti[ni]ano imperatori reddiderunt.
Reges Francorum supmserunt Romanorum
Monasterium Sancti Vincenca reedificatur a Pallone, Tatone et Tasone.
Iste Constantinopolim imagines sanctas deposuit et incendere fecit; ab hoc tota
Italia recessit.
Iste preceptum Sancto Vincencio.
Monasterium Sancti Vincencii a Sarracenis subvertitur.[Page 64]

Leo et Alexander soli XXII. VILIII.
Leo supradictus cum filio Constantino Porfirogenito III. VILVI.
Alexander cum eodem nepote suo Constantino I. VILVII.
Constantinus predictus Porfirogenitus cum Zoy matre VI. VILXIII
Romano Eliopolitanus cum eodem Constantino, cuius filiam
Helenam accepit uxorem
Constantinus idem cum filio Romano. VI***
Romano filius eius cum filio suo Basilio. VI***
Nycephorus annis xxv. VI***
Iohannes Simisky, interfecto Nyceforo, regnavit cum Basilio
et Constantino pueris VI.
Basilius et Constantinus post Iohannem.
Constantinus frater Basilio III.
Romano gener eius cum uxore Zoy v.
Michahel Eteriarchis cum Zoy VI.
Michahel Archontopathin cum Zoy mensibus VII.
Theodora filia Constantini soror Zoy II.
Michahel senex Ysaky Cumeano I.
Constantinus dux I.
Eudochia uxor eius II.
Romano Dyogenes cum filiis eius Michahale, Andronico et
Constantino IIII. qui, extincto Romano patrinio, regnavit
annis VIII.
Nycephorus Buthanioht, expulsis eis, regnavit annis III.
Alexyus nepos Isaki meano XL.[Page 65]

Iste preceptum fecit Sancto Vincencio cum bulla aurea.
Iste preceptum fecit Sancto Vincencio cum bulla aurea.
Iste preceptum fecit <Sancto Vincentio> cum bulla aurea.
Hic pugnavit cum Robberto Viscardo. iste nimis ingeniosus super dominum
suum fraude accepit imperium. huius*** anno imperii gens innumera
Christianorum ex omnibus mundi partibus ad debellandos Sarracenos, cum
Christi victricibus signis maria penetrarunt, et primum urbem Antiochiam,
dehinc sanctam Hierusalern et gloriosum Christi sepulchrum, cum magno
triumpho, ab illis eripuerunt.[Page 66]

ANNO MCCO sexagesimo, mense ianuarii, III. indiccione.
Pro illicitis concessionibus ecclesiarum et indebitis collacionibus
beneficiorum, pro multis donacionibus et alienacionibus possessionum
nec non feudorum et tenimentorum excusacionibus,
diversis modis ac temporibus, quandoque monachorum consensu,
multociens extra eorum assensum, ab abbatibus dolose perpetratis,
monasterium Sancti Vincencii de Vulturno a status sui dignitate
miserabiliter corruens, cum possessionum ammissione eciam. bona
temporalia perdens, iacet nunc multis ruinis et calamitatibus op pressum,
et quod super omnia monasteria, que in circuitu eius
sunt, olim gloria vigeat et nobilitate, modo, nostris exigentibus
commissis, bonis omnibus fere destitutum innobilitati ac verecondie
tenetur pre cunctis obnoxium; et cuius preconia per cunctorum ora
solitum erat voltare, nunc, res in contrarium versa, omnibus ruinam
eius scientibus habetur in derisu et contemptu et pars eorum

effecta, est tota die. cuius siquidem lugende calamitati, licet sera penitudine, nos monachi prefati monasterii viribus totis obviare volentes, mandato ac licencia domni Placidi venerabilis abbatis dicti monasterii, universi a iunioribus usque ad seniores, mera et spontanea[Page 67]

voluntate, iuravimus super sacra Dei evangelia quod deinceps non erimus in facto neque consensu quod alicui ex fratribus nostris, ante profexionem canonicam, aliqua de ecclesiis dicti monasterii aliquatenus concedatur aut clerico seculari, presertim que consueverunt gubernari per fratres nostros, et tenimenta nostri monasterii aliquo modo excusentur aut alicui sine angaria tribuantur vel franchicia in aliquo fiat; possessiones quidem prescripti monasterii non alienabimus de demanio dicti monasterii; feudum de novo non faciemus; decimarum seu terraticorum sive debitorum redditus nemini ad habendum concedemus in perpetuo ad suos usus; tenimenta vero, que quolibet modo vacabunt, in angaria non ad censum, prout melius valebimus, locabimus. Quod utique factum, ut perpetuo irrefragabiliter a nobis et nostris successoribus conservetur, cum cereis accensis et in aqua extinctis et pulsatis campanis, fecimus excommunicationem, anathematizantes eos et in perpetuo maledicentes, nisi resipuerint, qui hoc salubre statutum quolibet modo evacuare temptaverint. fecimus enim hoc prudenciori consilio, quatenus huius facti fama ad omnium aures percurrat et desinant a modo bona monasterii ad suos usus querere, ex quorum proventibus monachi, qui in lege Domini meditantur, semper debeant sustentari.][[Page 68]

[Page 69]

Epistula beati Hieronimi presbiteri ad papam Darnasum, missa Rome .
BEATISSIMO pape Damaso Hieronimus. Gloria sanctitatis tue nostra humilitas dedicatur, cum fidem apostofice Sedis per te cognovimus gubernari; nunc ergo curvi precamur tuam sanctitatem, ut actus gestorum uniuscuiusque pontificum, a beati videlicet apostoli Petri principatu usque ad vestra tempora, sicut gesta sunt in Sede tua, nobis per ordinem enarrare digneris, quatenus nostra humilitas cognoscat qui meruit de episcoporum supradicte Sedis martyrio coronari, vel qui contra canones apostolorum excessisse dicantur. ora pro nobis, beatissime pater.
Epistula Damasi pape ad Hieronimum presbiterum, missa. Hierosolymis.
DAMASUS episcopus urbis Rome Hieroninio. Gaudet Ecclesia tuo fonte iam saciata et amplius sitit. curiositas temporum ordinis sacerdotalis a vobis exquirenda nobis proponitur, ut quod dignum est cognoscatur et quod indignum est respuatur. tamen quod gestum est, ut potuimus repperire iuxta nostre Sedis studium, ad tuam caritatem gaudentes dirigimus. ora pro nobis ad sanctam resurrectionem, sancte compresbiter. vale in domino Deo nostro. data x. kalendas iunii. accepta VI. kalendas octubris.[Page 70]

BEATUS Petrus princeps apostolorum a Christo Iesu accepit claves regni celorum. qui primum sedit cathedram ecclesie Anthiocene annis VII, postque ingressus urbem Romam sub Claudio Cesare primus Ecclesiam fundavit, episcopos ordinavit et cum beato coapostolo suo Paulo sub Nerone Cesare passus, iste cruce, ille gladio, simul coronantur, uno die, uno eodem loco. sedit annos.xxv. mensibus duobus dies tres. sepultus in Vaticano.
<Anno Domini LXXI. indiccione xliii>.
Linus Italicus Tuscie. sedit annos xi. menses IIII. dies XII. sepultus in Vaticano. Iste constituit mulierem in ecclesia nonnisi velato capite ingredi .
<.LXXXIL indiccione x.>
Cletus Romanus. sedit annos XII. mensem I. dies XI. sepultus in Vaticano. Iste memoriam Beati Petri construxit et composuit loca ubi episcopi reconderentur.
<.XCIII. indiccione VI>
Clemens Romanus. sedit annos VIII. menses II. dies x. sepultus in Pontum maris. Iste septem regiones divisit notariis, qui gesta martyrum colligerent.
<.CII. indiccione xv.>
Anacletus Atheniensis. sedit annos VI. menses II. dies X.[Page 71]
sepultus in Vaticano. Iste constituit ut privilegia ecclesiarum inviolata perpetuis maneant terrioribus.
<.CXI. indiccione IX.>

Evaristus Grecus. sedit annos .VIII. menses X. dies .II. sepultus in Vaticano. Iste titulos divisit presbiteris, et septem diaconos ordinavit, qui custodirent episcopum.

<CXXI. indiccione IIII.>

Alexander Romanus. sedit annos x. menses VII. dies II. sepultus via Numentana. Iste in secreta misse passionem Domini adiunxit et aquam exorcizatam agi precepit.

<CXXVIII. indiccione . XII>

Xystus Romanus. sedit annos x. menses II. die I. sepultus in Vaticano. Iste constituit ut episcopus, qui ad Sedem apostolicam venisset, rediens non susciperetur nisi formatas secum detulisset. et ministeria sacra non contingi nisi a ministris <sacris>

<CXXXIX. indiccione . VII.>

Telesphorus Grecus. sedit annos XI. menses III. dies XXI. sepultus in Vaticano. Iste constituit ut septem ebdomadas ante Paschia ieiunium celebraretur, et in Natale Domini nocte misse celebrarentur.[Page 72]

<A n n o D o m i n i CL. indiccione III.).

Ycinus Grecus. annos IIII. menses III. dies VIII. sepultus in Vaticano. Iste clerum composuit et gradus distribuit secundum apostolicam disciplinam

<.CLIIII. indiccione VII.>

Anicetus Scirus. annos VIII. menses III. dies III. sepultus in cymiterio Calixti. Iste constituit ut clerus comam non nutriat secundum apostolicum preceptum.

<.CLXIII. indiccione I.>

Pius Aquileiensis. annos xi. menses IIII. dies xxi.. sepultus in Vaticano. Iste constituit sanctum Pascha semper die dominico celebrari, et venientem ex heresi suscipi.

<CLXXV. indiccione xIII>

Soter Campanus. annos VIII. menses III. sepultus in cymiterio Calixti. Iste constituit ut nulla monacha pallam consecratam contingeret, nec incensum poneret.

<.CLXXXIIII indiccione VII>.

Eleuther Grecus. annos xv. menses vi. dies V. sepultus in Vaticano .Iste constituit ut nulla esca repudiaretur a Christianis, que humana est et rationalis.

<.CXCVIII. indiccione VII>

Victor Afer. annos x. menses II. dies x. sepultus in Vaticano[Page 73]

Iste constituit ut sancturu Pascha die dominico celebraretur, et pro necessitate ubique baptizandum

<.ccVIII. indiccione II.>

Zepherinus Romanus. annos XVII. menses II. dies x. sepultus in via Appia. Iste constituit ut, presentibus fidelibus, clericis et laycis, diaconus vel presbiter ordinetur. et si aliqua querela vel accusacio contra eos fuerit, tunc dicatur: «post consecracionem enim non licet ».

<.CCXVIII. indiccione XI.>

Calixtus Romanus. annos v. rnenses x, dies x. sepultus via Aurelia. Iste constituit ieiunium die sabbati ter in anno fieri pro habundancia frumenti, vini et olei secundum Prophe-tam. et ut nullus audeat deviare a regulis Ecclesie Romane.

<.cc[. ...]. indiccione I.>

Urbanus Romanus. annos VIII. menses XI. dies XII. sepultus in via Numentana. Iste constituit ut quicumque episcoporum, presbiterorum vel diaconorum predium Ecclesie magnum vel exiguum vendere, donare vel alienare temptaverit, ab omni officio deponatur ut sacrilegus.

<.cc[]. indiccione XIII.>

Antheros Grecus. annos * * menses I. dies xv. Sepultus[Page 74]

in cymiiterio Callxti. Iste constituit in ecclesiis gesta martyrum legere. et mutaciones episcoporum, quociens gravis necessitas vel utilitas exigit, absque ambicione et venalitate fieri, aliter non.

<Anno Domini cc[.] indiccione .XI.>

Poncianus Romanus. annos v. menses II. sepultus in cymiterio Calixti. Iste constituit ut episcopi sine auctoritate Romani pontificis a propriis ecclesiis non eiciantur.

<.cc[]. indiccione I>

Fabianus Romanus. annos xIII. mensem I. dies X. sepultus in cymiterio Calixti. Iste divisit regiones diaconibus et

septem diaconos constituit, qui imminerent notariis ut gesta
martyrum in integrum colligerent. et ut nullus umquam
presumat esse simul accusator et iudex.

<cc[]. indiccione xv.>

Cornelius Romanus. annos III. dies x.. sepultus via Appia.
Iste constituit ut nullus sacerdotum causam suam alieno committat
iudicio, nisi ad Sedem apostolicam fuerit appellatum.
et sacramentum non exigi a sacerdote, nisi pro recta fide.

<.cc[]. indiccione III.>

Lucius Romanus. annos III. menses III. dies III. sepultus
via Appia. Iste constituit ut duo presbiteri et tres diaconi
in omni loco episcopum custodiant semper.[Page 75]

<.CC[.....] indiccione VI.>

Stephanus Romanus. annos III. menses II. dies xv. sepultus
in cimiterio Calixti. Iste constituit ut sacerdotes et levite
vestes sacras in cotidiano usu non haberent.

<.CC[....] indiccione x.>

Xystus Grectis. annos II. menses xi. dies vi. sepultus
in via Appia. Iste constituit ut nemo pontificum aliquem
episcopum expoliare audeat sine audielicia aliorum episcoporum.

<. CC[.....] indiccione XII.>

Dyonisius Italicus. annos II. menses III. dies VII. sepultus
via Appia. [I]ste constituit ecelesias presbiteris, cymiteria
et parrochias diocesis instituit. et * *.

<.cc[.....] indiccione XIII>

Felix Romanus. annos II. menses x. * *. sepultum in via
Aurelia. Iste constituit supra memorias martyrum missas
celebrare.

<.cc[.....]. indiccione II.>

Euthicianus Italicus. annos VIII. menses x. dies IIII. sepultus
in cimiterio Calixti. Iste constituit ut fruges tantum, uve
et fave super altare benedicerentur. et qui martirem sepeliret
sine dalmatica vel colobio purpurato, non sepeliret omnino.

<.cc[.....]. indiccione VI>

Gaius Dalmitinus. annos XI. menses IIII. dies VIII. sepultus[Page 76]

via Appia. Iste constituit ut per omnes gradus
ascenderet, qui episcopus fieri mereretur.

<.cc[. . .]. indiccione VII.>

Marcellinus Romanus. annos VIII. menses II. dies XXV. Sepultus
in Vaticano. Iste ad sacrificandum ductus sacrificavit,
deinde penitencia ductus martyrium capitis obtruncacione complevit.
et cessavit episcopatus annos VII. menses xi. dies xxv.

<A n n o D o m i n i c c c l l l l . indiccione VI>

Marcellus Romanus. annos V. menses VII. Dies. XXI. sepultus
via Salaria. Iste constituit cymiterium via Salaria,
et xxv. titulos in urbe Roma propter baptisinum, et sepulturas
martyrum.

<cccviIII. indiccione xII.>

Eusebius Grecus. annos II. mensem I. dies xxv. sepultus
via Appia. Iste constituit ut quicumque pro qualibet calupnia
ante audicionem expoliatus fuerit, prius quecumque
ablata sunt restituantur, et sic per indulto temporis spacio audiatur.

<.cccxl indiccione xIII.>

Milciades Afer. annos III. menses VII. dies VIII. sepultus
via Appia. Iste constituit ut Va. feria nullus fidelis ieiunaret
neque die dominico.

<.ccc[. . .]. indiccione III.>

Silvester Romanus. annos xxIII. * * sepultus via Salaria
Iste constituit ut nullus laycus audeat crimen inferre clerico.[Page 77]

et nullus clericus propter quamlibet causam intret in curiam,
nec ante iudicem causam dicat nisi in ecclesia et sacrificium
altaris non sine linteo celebrari. chrisma ab episcopo
confici, et baptizatum linat presbiter. Constantinus imperator
fit Christianus. sancta synodus Nycena celebratur(6)

<ccc[...]. indiccione xv.>

Marcus Romanus. annos II. menses XIII. dies xx.sepultus via
Appia. Iste constituit ut episcopus Hostie, qui consecrat
episcopos Urbis, pallio uteretur.

<.CCC [....]. indiccione xv.>

Iulius Romanus. annos XI. menses II. dies VI. sepultus
via Aurelia. Iste constituit ut nullus aliquem dapmnare presumat
vel iudicare ante quam accusatores presentes sint, et

accusatus locum defendendi habeat ad abluenda crimina.

<.ccc[.....]. indiccione xII.>

Liberius Italicus. annos x. menses VII. dies .III sepultua in via Salaria.

<.ccc[....]. indiccione VII.>

Felix Romanus. annum I. menses III. dies II. sepultus via Aurelia. Iste constituit ut qui accusatus, fuerit ad synodum sine timore ire debeat, et si ire non potuerit, legatum mittat. nec quisquam accusatum iudicare vel excommuni-care audeat nisi, vocatus per tres vel sex menses, ire noluerit, et ut accusatores et iudices absque omni suspicione inimicie sint, et accusare et iudicare idem non posse.[Page 78]

<.CCCLXX. indiccione xIII.>

Damasus Spanus. annos xvIII. menses II. dies x. sepultus via Ardeatina. Iste constituit ut psalmi David CL. ante sacrificium canerentur. sancta synodus Constantinopolitana fit.

<Anno Domini ccc[....]. indiccione I>

Syricius Romanus. annos xv. menses XI. dies xxv.. sepultus via Salaria. Iste constituit * *.

<.cccc. indiccione II.>

Anastasius Romanus. Annos II. dies xxvII. sepultus ad Ursum Pilleatum. Iste constituit ut quociens evangelia leguntur, sacerdotes non sedeant sed intenti stent. et transmarinum hominem in clericatum non suscipi nisi episcopale haberet cyrographum.

<.cccc[]. indiccione v.>

Innocencius Albanus. annos xv. menses II. dies .xx.. sepultus ad Ursum Pilleatum. Iste dampnavit Pelagium et Celestinum. et constituit ut qui natus esset de Christiana per baptismum renasceret. et presbiteros filios procreantes omnino abici. et qui sibi quodlibet membrum vel partem digiti absciderit, clericum nullo modo fieri, et qui secundam uxorem duxit.

<.cccc[.....]. indiccione v.]

Zosimus Grecus. annum I. menses VIII. dies xxv. Sepultus[Page 79]

via Tiburtina. Iste constituit cereum sabbato sancto in ecclesia benedici. et ut diaconi leva tegerent linostino palleo.

<CCCC[.....] indiccione VIII.>

Bonifacius Romanus. annos III. menses VIII. dies. XIII. sepultus via Salaria. Iste constituit ut servus nullo modo clericus fiat nec obnoxius curie vel in corporis parte viciatos vel truncatos. et nulla monacha pallam sacram contingeret vel incensum poneret.

<.cccc[...]. indiccione XI.

Celestinus Romanus. annos VIII. mensem I. dies VIII. sepultus via Salaria. Iste constituit ut psalmi David ante sacrificium canerentur. et nullus sacerdos ignoret canones. et nullus bigamus vel vidue maritus fiat sacerdos sancta synodus Ephesina facta est.

<.cccc[...]. indiccione III.>

III Xystus Romanus. annos VIII. dies .XVIII. sepultus via Tyburtina. Iste accusatus de adulterio in synodo purgatus est, dapnatis accusatoribus eius. ipse construxit ecclesiam Sancte Marie que Maior dicitur. et constituit ut nullus episcopus parrochiam alterius presumat invadere.

<CCCCXLI. indiccione XII. tempore Marciani Augusti>

Leo Tuscus. annos XXI. mensem I. dies XXVIII. sepultus apud Sanctum Petrum. Iste Euticianam heresym superavit.[Page 80]

ipsius tempore sancta synodus Calcedonensis facta est. iste constituit privilegia ecclesiarum et monasteriorum i nviolata custodiri, et quicumque res Ecclesia alienaverit ab omni officio deponatur ut sacrilegus. et monacham velamen non accipere de manu episcopi, nisi probata fuerit eius verginitas. et nullum neophitum vel indoctum fieri presbiterum vel episcopum.

<Anno Domini cccc[...]. indiccione III>

Hylarus Sardus. annos VI. menses III. dies X. sepultus via Tyburtina. Iste constituit ut quicumque episcopus vel ecclesie prepositus pravum aliquid commiserit vel a suis predecessoribus commissum invenerit, festinet emendare, si non vult proprio carere officio.

<cccc[....]. indiccione VIII.>

Simplicius Italicus. annos xv. Dies VII. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste constituit Rome xxvii. presbiteros cardinales.

<ccc[...] indiccione xliii.>

III Felix Romanus. annos VIII. menses xi. dies xviii. se-pultus ad Sanctum Paulum. Iste constituit ut quociens de consecratione ecclesiarum dubitatur et nec certa scriptura nec testes existunt, absque omni dubio consecrentur, et sacrificia non offerri nisi in locis sacratis.

<.cccc[], indiccione II.>

Gelasius Afer. annos liii. menses viii. dies xliii. sepultus[Page 81]

ad Sanctum Petrum. Iste declaravit qui libri debeant in Ecclesia recipi et qui contempni. et consecrationes virginum non nisi in diebus Epyphanie, Albis, Pasche et nataliciis apostolorum celebrari, presbiterorum et diaconum in liii. Tempora. et quicumque clericus episcopum vel presbiterum vel diacomun viderit excedere, mox auribus Romani pontificis insinuet.

<.cccc[...] indiccione VI>

II Anastasius Romanus. annum I. menses XI. dies xxliii. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste constituit ut quicumque minister pro edificacione fidelium officii sui impleat ministerium, nec cuiuslibet invidie causa hoc pretermittat. Theodericus rex Romam intravit.

<DI. indiccione viii.>

Symmachus Sardus. annos xv. menses VII. dies xxvii. Sepultus ad Sanctum Petrum. Iste constituit ut si quis, papa superstite, pro Romano pontificatu favorem vel premium alicui prestare convincitur, locis sui honore privetur. et nullus per ambitum accedere permittatur.

<.DXVI. indiccione viii.>

Hormisda Carnpanus. annos viii. dies xvii. sepultus in Vaticano. Iste clerum composuit et psalmis erudit. et

constituit ut in eligendis sacerdotibus maxima diligencia sit.[Page 82]

<.DXXV. indiccione III.>

Iohannes Tuscus. annos II. menses viii. dies XVI. sepultus Ravenne et inde adductus, sepultus est ad Sanctum Petrum. Iste a Theodorico rege Gothorum Ravenne in carcere occisus est.

<.DXXVII. indiccione V.>

liii Felix Samnie. annos liii. menses II. dies XIII. Sepultus ad Sanctum Petrum. Iste constituit **

<.DXXXI. indiccione xliii.>

II Bonifacius Romanus. annos II. dies xxvi. sepultus <ad Sanctum Petrum. Iste constituit <sibi successorem, sed cum ab omni clero id contra canonem videretur, cyrographum igne comburens reum se maiestatis confessus est.

<.DXXXIII. indiccione XI.>

II Iohannes romanus. annos II. menses liii. dies VI. sepultus ad Sanctum Petrum.

<DXXV. indiccione xlii>

Agapitus Romanus. annos xi. menses xi. dies xviii. Sepultus Constantinopolim. Iste ad Iustinianum seniore imperatorem Constantinopolim perrexit, ubi et mortuus est, dampnato Anthimo Arriano episcopo, cuius corpus ad Sanctum Petrum delatum est.

<.DXXXVI. indiccione xliii>

Silverius Campanus. menses xliii. sepultus in Poncias.

Iste constituit ut decreta pontificum Romanorum ab omnibus[Page 83]

custodiantur. iste in exilium missus est in Ponciam insulam ibique mortuus.

<.DXLI. indiccione liii.>

Vigilius Romanus. annos xvii. Menses VI. dies xxvii. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste constituit ut omnes querele et negocia episcoporum deferantur ad Sedem apostolicam. istius tempore Roma capta est a Gothis, sed a Narse patricio liberata, occiso Totlia.

<.DLVIII. indiccione VI.>

II Gelasius Romanus. annos liii. menses x. dies xviii. Sepultus ad Sanctum Petrum. Istius tempore obsessa est Roma a Gothis anno uno in circuitu, sed liberata est a Bellisario patricio.

<DLXII. indiccione X.>

III Iohannes Romanus. annos XII. menses XI. dies xxvi.
sepultus ad Sanctum Petrum.

<.DLXXIII. indiccione VII.>

Benedictus Romanus. annos IIII. mensem a. dies xxvi. Sepultus
ad Sanctum Petrum. Istius tempore Longobardi
Italiam venerunt .

<.DLXXX. indiccione XIII.>

Pelagius Romanus. annos x. menses II. dies x. sepultus
ad Sanctum Petrum. Iste constituit certam esse provinciam
que habet x. vel XI. civitates et unum regem, unum[Page 84]

metropolitanum, decem vel xi. episcopos suffraganeos. et
quicumque causam habuerit, a suis iudicetur non ab alienis.

<DXCI. indiccione VIII.>

Gregorius Romanus doctor. annos XIII. menses xi. dies x.
sepultus ad Sanctum Petrum. Iste adiunxit in secreta
misse: « diesque nostros in tua pace » et statuit de quiete
monachorum, ut nullus episcoporum vel laycorum umquam presumat
de redditibus, rebus vel chartis, cellis, terris vel quibuslibet
rebus monasteriis pertinentibus quocumque modo vel
occasione minuere vel dolos aut immissiones facere vel vim inferre.
et nullus clericus suscipiat regimina monachorum.

<.DCIII. indiccione VII.>

Savinianus Tuscus. annum I. menses v. dies VIII. sepultus ad Sanctum Petrum

<.DCVI. indiccione VIII.>

III Bonifacius Romanus. menses VII. dies XXII. Sepultus ad
Sanctum Petrum. Iste constituit presbiteros monachos baptismum
et penitenciam omnibus firmiter et fideliter posse largire.

<DCVII. indiccione x.>

IIII. Bonifacius Marsicanus. annos VI. menses VIII. dies XIII.

sepultus ad Sanctum Petrum. Iste a Foca Cesare optinuit
Rome templum Pantheon, quam consecravit in honorem
sancte Marie et omnium sanctorum.

<.DCXIII. indiccione I.>

Deusdedit Romanus. annos III. dies XX. sepultus ad Sanctum[Page 85]

Petrum. Iste collstituit ut mulieres que proprios
filios susceperint de baptismo, nunquam iungantur priori marito,
sed post annum recepta dote alium virum accipiant, et
vir uxorem aliam ducat.

<DCXVI. indiccione III.>

V Bonifacius Campanus, annos v. menses x. dies XI. Sepultus
ad Sanctum Petrum. Iste sub anathemate interdixit
ut nullus de ecelesia aliquid rapiat.

<Dcxxi. indiccione VIII.>

Honorius Campanus. annos XI. menses XII. dies XVII. sepultus
ad Sanctum Petrum. Iste constituit omni sabbato
a Sancto Apollinare ad Sanctum Petrum procedere cum letaniis.

<.DCXXXIII. indiccione VI.>

Severinus Rornanus. annos ** menses II. die IIII. sepultus
ad Sanctum Petrum. [I]stius tempore crucem Domini
Eraclius Hierosolymis de Perside reportavit.

<.Dcxxv. indiccione VIII.>

IIII Iohannes Dalmata. annum I. menses VIII. dies XVIII.
sepultus ad Sanctum Petrum. Iste distractis thesauris Ecclesie
multa milia hominum per Hystriam et Dalmaciam a
barbarorum dominatu liberavit

<DCXLI. indiccione .XIII.>

Theodorus Grecus. annos VI. menses v. dies XVIII. sepultus[Page 86]

ad Sanctum Petrum. Iste librum Penitencie in
stituit.

<.DCXLVII. indiccione v.>

Martinus Tuscus. annos VI. mensem I. dies xxvi. sepultus
ad Sanctum Petrum. Iste cum quadam die in ecclesia
Sancte Marie ad Presepe missam celebraret, missus est spaharius
Olimpii ducis ut eum interficeret, qui, percussus cecitate,
eum videre non potuit, post vero Constantinopolim delatus,
ibique martyrio coronatus est a Constancio imperatore.

<.DCLIII. indiccione XI.>

Eugenius Romanus. annos .II. menses XIII. dies XXIII. Sepultus
ad Sanctum Petrum.

<.DCLVI. indiccione XIII.>

Vitalianus Signensis. annos XIII. menses VI. sepultus ad
Sanctum Petrum. Iste cantum Romanorum constituit.

hoc tempore Constans imperator Romam venit et multa ornamenta civitatis abstulit, secumque in Siciliam asportavit, ibique mortuus est.

<.DCLXX. indiccione XIII.>

Adeodatus Romanus, annos IIII. menses II. dies v. Sepultus ad Sanctum Petrum.

<A n n o D o m i n i DCLXXIIII. indiccione II>

Bonus Romanus. annum I. menses v. dies x.. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste locum, qui Paradysus dicitur, ante ecclesiam Beati Petri maximis et candidis marmoribus stravit[Page 87]

<DCLXXVIL. indiccione v.>

Agatho Siculus annos II. menses VI. Dies IIII .sepultus ad Sanctum Petrum. Iste cum pergeret Constantinopolim, ut pacem, cum imperatore et Longobardis constitueret, leprosum iuxta portam osculatus est statimque salvatus est.

<.DCLXXXII. indiccione x.>

II Leo Siculus. ** menses X, dies XVII. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste **.

<.DCLXXXIII. indiccione xl.>

II. Benedictus Romanus, menses x. dies XII. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste constituit ut ad tumulandum Romanum pontificem omnes clerici convenirent, similiter et ipse in eorum faceret exequiis.

<.DCLXXXV. indiccione XIII.>

Iohannes Syrus, annum I. dies VIII. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste de dignitate pallii et honestate morum librum composuit.

<.DCLXXXVI. indiccione XIII.>

Conon ** menses. XI.** sepultus ad Sanctum Petrum.

<.DCLXXXVII. indiccione xv.>

Sergius Syrus. annos XIII. menses VIII. dies XXIIII. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste constituit in tempore fraccionis dominici corporis « Agnus Dei » a clero et populo decantari, et diebus Annunciationis, Nativitatis vel Purificationis sancte Marie exeant a Sancto Adriano et ad Sanctam Mariam[Page 88]

Maiorem occurrant. iste restauravit ecclesiam Domini Salvatoris in Lateranis.

<.DCCI. indiccione XIII.>

VI Iohannes Grecus. annos II. menses .II. dies XIII. Sepultus ad Sanctum Petrum.

<DCCIII. indiccione .II.>

VII Iohannes Grecus. annos II. menses XII. dies XVII. sepultus ad Sanctum Petrum. Istius tempore Gysolfus dux Beneventi Campaniam devastavit (tempore Iustiniani imperatoris, post Tyberium, post quem fuit Philippicus).

<DCCVIII. indiccione v.>

Sisinnius Syrus. ** dies xx. sepultus ad Sanctum Petrum.

<.DccVIII. indiccione VI.>

Constantinus Syrus. annos XII. dies xv. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste a Iustiniano imperatore Constantinopolim invitatus omnia Ecclesia privilegia renovavit.

<.DCCXv. indiccione XIII.>

II Gregorius Romanus. annos xv. menses VIII. dies xxIIII. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste constituit quinta feria in quadragesima ieiunium celebrare et missarum sollempnitatem toto anno omm die celebrari, quod antea non agebatur, Leonis et Constantini imperatorum tempore.

<.DCCXXXI indiccione XIII.>

III Gregorius Syrus. annos x. menses XIII. dies VIII. sepultus ad Sanctum Petrum.[Page 89]

<Anno Domini DCCXLI. Indiccione VIII.>

Zacharias grecus. annos x. menses III. Dies IIII. sepultus In vaticano.

<DCCLI. indiccione IIII.>

II. Stephanus Romanus. annos v. dies XXVIII. sepultus in Vaticano. Iste privilegium sedis apostolice contulit domno Atoni abbati Sancti Vincencii. et Pipinum regem inuncxit.

<.DCCLVI. indiccione VIII.>

Paulus Romanus. annos x. mensem I. ** sepultus ad Sanctum Petrum.

<.DCCLXVIII. indiccione .VII.>

III Stephanus Syculus, annos .IIII. menses.V.dies XXVII. sepultus

ad Sanctum Petrum.
<.DCCLXXII. indiccione x.>
Adrianus Romanus. annos xxIII. menses x. dies XVII. [I]ste
accepit pactum confirmationis a Carolo.
<.DCCxcvi. indiccione IIII.>
III Leo Romanus. annos xx. menses v. dies xvi. [I]ste
Carolus coronavit imperatorem
<.Dcccxvi. indiccione VIIII.>
IIII Stephanus Romanus. annos .VII. ** sepultus ad Sanctum Petrum.[Page 90]

<DCCCXVII. indiccione x.>
Paschalis Romanus. annos v. Mensem I.dies XVII. Sepultus
ad Sanctum Petrum. Iste ecclesiam Christi martyris
Vincencii dedicavit, quam abbas Iosue fecit. et confiracionis
pactum a Ludovico imperatore accepit.
<.DCCCXXIII. indiccione II.>
Eugenius Romanus. Annos XII. sepultus ad Sanctum Petrum.
<.DCCCXXVII. indiccione v.>
Valentinus Romanus. * *. sepultus ad Sanctum Petrum.
<.DCCCXXVIII. indiccione VI.>
III Gregorius Romanus. annos XVI **.sepultus ad Sanctum
Petrum.
<DCCCXLI. indiccione .VII.>
II Sergius Romanus. annos III. [I]ste Ludovicum coronavit
imperatorem.
<DCCCXLVII. indiccione x.>
IIII Leo Romanus. annos VIII. menses III. dies VI. sepultus
ad Sanctum Petrum.
<.DCCCLV. indiecione III.>
III Benedictus Romanus. annos II. menses VI. dies VI. sepultus
ad Sanctum Petrum.[Page 91]

<.DCCCLVII. indiccione vi.>
Nicolaus Romanus. annos VIII. menses VI. dies xx. sepultus
ad Sanctum Petrum. Iste in generali synodo statuit
et confirmavit ut, post deposicionem Romani pontificis,
convenient sicut episcopi, presbiteri et diaconi cardinales, et
quemcumque sano consilio decreverint, eligant pontificem;
quod si intra Urbem hoc facere non potuerint, liceat eis in
quocumque loco convenire potuerint id ipsum agere, ne sit
venale quod decet esse divinum.
<.DCCCLXVII. indiccione xv.>
II Adrianus Romanus. annos v. **. Sepultus ad sanctum Petrum
. <.DCCCLXXII. indiccione v.>
VIII Iohannes Romanus. annos x. * *. sepultus ad Sanctum
Petrum. Iste oleo unxit et imperatorem constituit
Carolus filium Ludovici regis. et hoc tempore deletum
est hoc monasterium Christi martyris Vincencii a Saracenis,
occisis et captivis ductis nungentis monachis et venerabili
Maio abbate illorum.
<.DCCCLXXXII. indiccione xv.>
Marinus Gallisanus. annum I. menses IIII. Sepultus ad sanctum
Petrum .
<DCCCLXXXIII. indiccione II.>
IIII Adrianus Romanus. annum I. menses IIII. sepultus * * *. [Page 92]

p. 92
<.DCCCLXXXVI. indiccione IIII.>
V Stephanus Romanus. annos VI.** sepultus ad Sanctum
Petrum.
<.DCCCXCII. indiccione VIIII.>
Formosus Portuensis. annos v. menses VI. sepultus ad San-ctum
Petrum. * * *.
<.DCCCXCVI. indiccione XIIIII.
VI Bonifacius Romanus.annos xv. ** sepultus ad San-ctum
Petrum
<.DCCCXCVII. indiccione xv.>
VI Stephanus Romanus annum I. menses III. sepultus ad
Sanctum Petrum.
<.DCCCXCVIII. indiccione I.>
Romanus Gallisanus. menses III. dies xxII. Sepultus **
<.DCCCXCVIII indiccione II.>
II Theodorus Romanus. dies xx.. sepultus **
<.DCCCC. indiccione III.>
VIII Iohannes Tyburtes. annos II. dies xv. sepultus ad

Sanctum Petrum. <Iste Neapolim Beneventi et Capue archiepiscopos fecit.Godelperto abbati privilegium dedit.[Page 93]

<.DCCCCII. indiccione v.>
III Benedictus Romanus. Annos III. menses VI. Dies XV.
sepultus ad Sanctum Petrum.
<.DCCCCV. indiccione VIII.>
V Leo Ardea. Annos II. menses II. dies ** . Sepultus **
<.DCCCCVI indiccione VIII.>
Christoforus Romanus. menses VII. Iste eiectus de papatu
et monachus factus est.
<.DCCCCVII. indiccione x.>
III Sergius Rornanus. annos VII. menses xx. dies xvi. sepultus * * .
<.DCCCCXIII. indiccione II.>
III. Anastasius Romanus. Annos. II. menses II. ** Sepultus **
< DCCCCXVI. indiccione III.>
Lando Sabinensis. menses VI. dies XXVI. Sepultus **
<.DCCCCXVII. indiccione v.>
X Iohannes Ravennates. annos XIII. menses II. dies III. Iste
Primum archiepiscopus fuit Ravenne, sed Romane Ecelesie invasor
fictus ab omni populo Romano expulsus est.
<DCCCCXXX. indiccione III.>
VI Leo Romanus. * * menses VI. dies xv. sepultus **
<.Dccccxxl. indiccione III.>
VI Stephanus Romanus. annos II. mensem I. dies XII. sepultus * *.[Page 94]

<DCCCCXXXII. indiccione v.)
XI Iohannes Romanus. annos III. menses.x. Iste fuit filius Sergii
pape, qui Ugonem ducem Aquitanie coronavit imperatorem.
<.DCCCCXXXVI. indiccione VIII.>
VII Leo Romanus.annos III. menses VI. sepultus **
<.DCCcxxxvIII. indiccione XII.>
VII Stephanus Romanus. annos III. menses III. dies xv.
sepultus <ad Sanctum Petrum. Rambaldo abbati privilegium
dedit>.
<.DCCCCXLII. indiccione xv.>
II Marinus Romanus. annos III. menses VI. dies XIII. Sepultus * * .
Iste privilegium Sedis apostolice contulit domno
Leoni abbati Sancti Vincencii.
<.DCCCCXLV. indiccione III.>
II Agapitus Romanus. annos x. menses VII. dies X.**
<.DCCCCLV. indiccione XIII.>
XII Iohannes Romanus. annos VIII. menses III. Ex patre Al-berico,
<qui primum Ottonem coronavit imperatorem>.
<.DCCCCLXII. indiccione v.>
V Benedictus Romanus. * * menses II. dies v.
<.DCCCCLXIII indiccione VI.>
VIII Leo Romanus. Annum I. menses v.
<.DCCCCLXIII. indiccione VII.>
XIII Iohannes Narniensis. annos VIII. Menses III. ** Iste,[Page 95]

comprehensus a Petro prefecto urbis Rome et in castello
Santi Angeli retrusus, deinde Campaniam in exilium missus,
post menses X-. et dies XXVIII. Roma revertitur, et pro eo ab
Ottone imperatore de persecutore eius supplicium sumptum
est
<.DCCCCLXXI. indiccione XIII.>
VI Benedictus Romanus annum I. menses VI.** sepultus
ad Sanctum Petrum. Iste comprehensus a Cincio Theodere
filio, et in castello Sancti Angeli retrusus, ibique strangulatus
est.
<.DCCCCLXXIII. indiccione I.>
II Bonus ** annum I menses VI. * *
<.DCCCCLXXIII indiccione II.>
VII Bonifacius Romanus. annum I. dies XII. **
<.DCCCCLXXVII. indiccione XIII.>
VII Benedictus Romanus. Annos. VIII. Iste privilegium
apostolice Sedis contulit domno Iohanni abbati sancti Vincencii.
<.DCCCCLXXXIII. indiccione XII>
XIII Iohannes Papiensis. Annos VIII. **. Iste in castello
Sancti Angeli retrusus, fanis crudelitate neactus est, et
terum superior.
VI Bonifacius sedit ** menses XI. **
XV Iohannes Romanus. ** menses III. **[Page 96]

<DCCCCCLXXXVI. indiccione XIII.>
XVI Iohannes Romanus * *. annos x. menses VI. dies x.
<Otto imperator Capuam intravit secundus.>
V Gregorius Saxonicus. Annum I. menses v. <Otto imperator coronatur Rome>. Iste privilegium apostolice Sedis contulit domno Iohanni abbati, qui Coni vocatus est, de Sancta Maria in Castanieto.
<.DCCCCXCVIII. indiccione XI.>
XVII Iohannes Romanus. annos * * menses X.
<.DCCCCXCVIII. indiccione XI.>
II Silvester Aquitanicus. annos IIII. mensem I. dies VIII.
<Otto tercius fit imperator>.
<MILLESIMO III. indiccione L>
XVIII Iohannes Romanus qui et Sico. menses v. dies xxv.
<MILLESIMO IIII. indiccione II>
XVIII Iohannes Romanus qui et Fasanus. annum L * *
<MILLESIMO VIII. indiccione .VII.>
IIII Sergius Romanus. annos III. * *
<MILLESIMO XI. indiccione VIII.>
VIII Benedictus Tusculanus. annos XI. mensem I. dies XXI.
<Qui Euricurn imperatorem fecit pium>[\[Page 97\]](#)

<MILLESIMO XXIII. indiccione v>
XX Iohannes germanus eius. annos VIII. dies VIII.
<MILLESIMO XXXIII. indiccione I>
VIII Benedictus nepos illorum. annos XIII. <Conradus imperator Capuam ingreditur>
<MILLESIMO XLVII indiccione xv>
III Silvester Savinensis. dies LVI. * * (4).
<MILLESIMO XLVIII. indiccione I.)
VI Gregorius Romanus. annos II. menses VI. * * Enricus secundus Capuam ingreditur
<MILLESIMO L. indiccione III>
II Clemens Saxonicus. menses VIII. dies VII. * *
<MILLESIMO LI. indiccione IIII>
II Damasus Baguarius. dies XXIII. * *.
<MILLESIMO LII indiccione V>
VIII Leo Magnus Teutonicus. annos V. menses II. dies VII, qui a secundo Enrico imperatore instituitur. Iste in Apulia cum Normannis pugnavit, sed eos expugnare non prevalens Romani reversus est
<MILLESIMO LVII. indiccione x.>
II Victor Noricus. annos II. menses III dies X.,
<MILLESIMO LVIII. indiccione XII>
VIII Stephanus Lotharingus. menses VIII. * *.[\[Page 98\]](#)

<MILLESIMO LX. indiccione XIII.>
VIII Benedictus Romanus. menses XI. dies xx.. Hic fuit episcopus Vellitrensis
<MILLESIMO LXI. Indiccione. XIII.>
II Nicolaus Bargundio. annos II. menses VI. diem I. Iste venerande memorie presul huius monasterii oppida vel terras in circuitu abiatas, s uo studio et vigore a Borrelli filiis abstulit et Sancto Vincencio reddidit
<MILLESIMO LXIII. Indiccione I>
II Alexander Mediolanensis. annos XI. menses VI. dies XXII.
* *. Iste privilegium apostolice Sedis contulit domilo Iohanni abbati. ipse dedicavit ecclesiam Beati Benedicti in Casino, quam prudentissimus renovaverat Desiderius abbas
<MILLESIMO LXXIII. indiccione XII.>
VII Gregorius Campanus <Tuscus> . annos XII. mensem I. dies v. <Enricus tercius Romam venit> Iste ab Enrico rege tercio Roma expulsus abiit Salernum et ibi est defunctus .
<MILLESIMO LXXXVI. indiccione VIII>
III Victor Beneventanus. * * menses IIII dies XII.
<MILLESIMO LXXXVIII. indiccione XII.>
II Urbanus *, annos XI. menses IIII. dies xv. Iste suis monitis innumeras gentes Christianorum coegit transire maria,[\[Page 99\]](#)

ut gioriosum filii Dei sepulchrum a Sarracenis eriperet, quo tempore multa in celo signa visa sunt.
<MILLESIMO c. indiccione VIII>
Paschalis Tuscus. annos XVIII. menses v. dies XVIII.
<Enricus quartus fit rex.> Iste monasterium Christi martyris Vincencii, quod venerabiles abbates Gyrardus, Benedictus et

** || renovaverant, dedicavit, ubi etiam privilegium insigne tribuit. urbem Beneventum cepit et sub iure Sancti Petri redegit. qui captus ab Henrico III rege et expoliatus, extra Urbem exulans diebus multis, vix tandem ad suam Sedem reductus est.

<MILLESIMO CXVIII indiccione XI.>

III Gelasius Gaietanus. annos * * . Iste ultra montes profectus pro pace Ecclesie cum rege Teutonico Enrico quarto. obiit apud Clunium in monasterio Sancti Petri, sepultus in eadem ecclesia digno honore.

<MILLESIMO CXVIII indiccione XII>

II Calixtus Francigena. annos v. * * * * . [I]ste, in eodem monasterio Cluniacensi electus, a Romanis cardinalibus Romam deducitur. et Burdinum subegit. hic fuit archiepiscopus Viennensis. qui pacem Ecclesie et omni[Page 100]

populo Romano tribuit. Cum Enrico rege finem honorifice fecit >

< MILLESIMO .CXXIII. indiccione II.>

Honoris Ymolensis. annos * * <[I]ste Loterium ducem Saxonum imperatorem fecit>.[Page 101]

PROLOGUS DOMNI AUPERTI VENERABILIS AB-
Batis in Vita vel Obitu SANCTORUM PATRUM
PALDONIS, TATONIS ET TATONIS SANCTI VINCEN-
CII ABBATUM.

HUMANI GENERIS primus parens ad imaginem Dei factus, in Paradyso voluptatis positus, ut vite precepta servaret, ab ipsa vita, que Deus est, fuit ammonitus, et ne hanc pro minimo duceret,[Page 102]

mortem ei est comminatus. sed hec ille contempnens, sponte deseruit Creatorem et sequutus est peremptorem. Deus vero, qui mentiri, ut est Veritas, noli novit, morte, qua minatus est, eum addicit. dixerat enim illi atque eius uxori :« In quacumque die comederitis de ligno sciencie boni et mali, morte morie – mini». que videlicet sententia non solum corporis, sed et anime mortem ostendit. sed quia benignissimus Deus serpentis suasionibus miserabiliter vidit hominem deceptum. fragiliorisque esse materie figmentum, noluit hunc esse in eternum dampnatum. hinc enim actum est, ut unigenitus Dei Filius carnem sumens moreretur pro nobis, ne mors anime ultra regnaret in nobis, ut quod in Adam perdideramus, in Christo reciperemus. hinc enim scriptum est: « Cum venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus ». sed quo caritatis ardore id fecerit pro nobis, nullus verbis explicat ex nobis. ait enim ipse Dei Filius: « Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret ». hinc iterum Paulus dicit: « Qui dilexit me et tradidit se ipsum pro me ». de quo rursus ait: «Cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est, esse se equalem Deo, sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudine hominum factus, et habitu inventus ut homo; humiliavit semet ipsum, factus obediens usque ad mortem,[Page 103]

mortem autem crucis ». in qua scilicet humanitatis forma conversatus inter homines per omnia ut homo, excepto peccato, iter eis ostendit, quo ad derelicta gaudia, repedare possint. Si autem quod sit hoc iter inquirimus, Dominum in evangelio dicentem adtendamus. ait enim: « Ego sum via, et nemo venit ad Patrem nisi per me ». ecce audivimus iter, per quod patriam repetamus. videamus nunc quibus modis ad ambulandum gressus dirigamus. « Qui », inquit Iohannes, « dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulavit et ipse ambulare ».libet autem intueri, que sint hec Christi vestigia, qui gressus, quibus in carne ambulavit pro nobis. ut cetera taceam que evangelici plenitudine narrantur de baptismo ad temptationem ac ieiunium, de ieiunio ad predicationem, de predicatione ad obprobria, de obprobrias ad flagelli, de flagellis ad sputa, de sputis ad cruccin, de cruce ad sepulchrum pervenit. hii etenim sunt gressus Dei in terra de quibus Psalmista ait : « Visi sunt gressus tui, Deus, ingressus Dei mei regis ». hos imitandos esse denuncians Petrus ait fidelibus : « Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius ». his se passionibus sequi ipsa via insinuat dicens: « Si quis vult post me venire, abneget semet ipsum et tollat crucem suam cotidie et sequatur

me », et Paulus ait : « Michi autem absit gloriam nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem michi mundus crucifixus est et ego mundo »; « Hii gressus artam et angustam ingrediuntur viam, que ducit ad vitam »; « Hii ambulant super aspidem et basiliscuni et conculcant leonem et draconem », in Ins ambulaverunt apostoli, hos martyres atque confessores sunt subsequuti, hos per gressus perfecti incederunt[Page 104]

monachi, quibus specialiter a Domino dicitur: « Tollite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. sed quia nos in illud tempus devenimus, de quo Dominus in evangelio ait discipulis suis: « Quia habundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum » ac, secundum A p o c a l y p s i n sententiam, nequaquam ferventes sed, quod gemendum est, tepidos aspicimus monachos, ad incitandos animos eorum tres nuper ad Christum conversos, evangelica perfeccione probatos, auditorum auribus ingerimus, Paldonem scilicet, Tasonem atque Tatonem, sanctorum patrum sudoribus ac laboribus coequatos, ut qui desidiosi ac languidi antiquos patres nostros nos imitari non posse causamur, horum nuper conversorum vitam recolentes, erubescamus. hoc enim ago, non temeritatis ausu impulsus, sed abbatis mei monita sequutus, eaque modo stilo prosequor, de quibus adhuc testes existunt, qui se hec ab his audisse confirmant. Tres igitur ex nobili genere horti, iure consanguinitatis propinqui, Paldo, Taso et Tato fuerunt, viri Beneventani, e quibus superior Paldo ex uno, Taso vero et Tato ex altero fratre sunt procreati. hii evangelica voce excitati divinoque amore infimamati, una eis sententia, unum consilium fuit, unumque extitit votum patrie solum, divicias parentesque relinquere et nudos nudum Christum sequi, nudi cum nudo adversario pugnare, Galliarumque Provinciam pro voto expetere atque inibi corpore non mente divisi, diversa monasteria inquirere lenique iugo Christi colla mentis submittere. hoc autem iccirco studiose facere providebant, ut propter Christum ne uno, qui superesse poterat, aspectu visionis corporaliter fruerentur. quid plura? ut animo ac mente conceperant, iter preparant nec moram faciunt nec dilacionem pretendunt, sed carnalium parentum nexus pertimescentes, qui semper impedimentum fiunt ad Christum conversis, eorum oculos pia simulacione deludunt, ita tamen ut mendacii crimen nequaquam[Page 105]

incurrant. dicunt enim se Romam pergere velle, apostolorum principis Petri se suffragiis commendare eiusque desiderata limina osculari; quod et fecerunt. sicut autem nobiles decet, oneratis animalibus stipendiis preparatis ad sedendum equis, famulorum fulti obsequiis, sibi solique Deo cognitum quid agere vellent, gressus ad ambulandum movent.

Stips veneranda satis nimium precelsa parente,
Primus a principio luxit ut orbe dies,
Gerinine purpureo decus hoc tulit urbs Beneventus,
lure salutiferos traxit ab urbe viros.
Scandere regna petens sublimia corde sereno;
Digne sacra ferunt signa pro lege Dei.
Terrea cuncta terit; gazas ut stercore sprevit.
Laudes niagnifico gaudent ferre Deo,
Cui salus et virtus, rex bonus, invictus.
At vero ubi proprios fines sunt egressi Marsorumque provinciam ingressi, descenderunt equos, ammonuerunt pueros ut cum[Page 106]

equis et his, que allata fuerant, ad propria remearent et hoc propterea quoniam sibi tale votum extitisse dicebant, ut hii tres tantum suis pedibus Romam pergere deberent. quibus flentibus ac lugentibus iure potestatis imperant ut recedant. illis autem abscedentibus, dum prefati famuli Christi scandunt iter obviam habent pauperes vilibus ac scissis indumentis adopertos. tum hii paupertatis amore inflammati, aiunt inter se: «Ne sit in nobis quod mundus honoret, ne quod latro diripiat, bis nos vestibus exuamus, pauperibus tribuamus illorumque nos vilissimis ac sordidis induamus»; quod et fecerunt. hinc perpendant qui nomen monachi pretendunt quanti reatus criminis sit sub Christo paupere degentes indumentis comptos et non moribus incedere. ecce etenim hii, per quos hoc monasterium initium suppsit, talibus induti amictis initium sue conversionis dederunt. Mundus ad inia ruit, miseros ad tartara ducit. Muternus vestes; nostras, Deus, instrue mentes,

Ne sit quod fortis, fur, latro tollere possint.
Et ut ad propositum revertar, cepto itinere dum pergunt, ad
monasterium gloriose Dei genitricis Marie, quod est in Sabinis,[Page 107]

perveniunt in quo vir vite venerabilis Thornas pater preerat. de
quo a pluribus audiavi quia olii in partibus Orientis constitutus,
sicut ipse narravit, tam diu ad Redemptoris sepulchrum oracioni
vicavit, quoad usque impetraret quod precibus postulabat; denique,
ut asserunt, nocte quadam precibus fatigato soporique depresso
astitit ei quidam, gestans in manu mire pulchritudinis panem, cui
et dixit: « Accipe hunc panem, et abscede; scito autem, te minus
ex eodem numquam habiturum ». tante etenim deinceps, ut
aiunt qui eum viderunt, compunccionis vir fuit ut pene de Deo
sine lacrimis nil posset loqui. is dum prephatos Dei famulos
hospicio suscepisset, ut monasteriorum ac bonorum moris est Christianorum,
cum fratribus, ut ei solitum fuit, secundum Domini
preceptum eorum pedes abluere pergit. hii autem qui advene-rant
delicata ac candida menbra vilibus ac sordidis vestimentis
tegebant, elegantem ac compositum vultus aspectum pretendebant.
quam ob rem nec eorum secretum abscondi potuit oculis viri Dei,
peracto itaque caritatis officio noctisque cursu transacto, cum aurora
daret diei initium, seorsum eos blanda loquucione inquisivit,
qui essent, unde, cur advenerint, ne forte aliquod preiudicium
sustinerent, ne peccati crimine peracto fugerent, promittens se eis
in quo valeret adiutorium ministrare, tantum ut profiterentur cur
eis ita placuerit tantam simulacionem arripere. ad hec illi obstu-pefacti,
videntes consilium suum seniori celare non posse, consilio
accepto narrant cuncta per ordinem: qui fuerint, unde, cur
advenerint, queque gesserint, quorum filii, quibus norninibus vocarentur,
qualiterve Romam pergere vellent indeque Galliarum
regiones expetere, multis eum auracionibus constringentes ne
eorum proposito ipse fieret inipedimento. ad hec ingemescens
venerabilis senex ait: « Nequaquam, o filii , in hoc tam laudabili
proposito vobis impedire cupio, sed magis adiuvere; nec vos
interim relinquam, aliquantisper vobiscum pergar, itineris vestri[Page 108]

usque ad apostolorum limina me habebitis comitem ». propterea
autem vir Deo plenus itineris illorum particeps fieri gestiebat,
ut eos, sicuti et fecit, suis salutaribus consiliis ab illius itineris
longitudine revocaret; quod Dei providencia factum fuisse nullus
ignorat qui hoc monasterium cernit.
Hos specie, forma cognoscit, munere dogina,
Consilio refovet, levat obsequio pater almus;
Ne paveant, faveant, facilis pateat labor altus.
Pergunt interea simul, ut senis fuit voluntas, multisque lacrimis
profusis devocionem, suam apostolorum commiserunt suffragiis.
oracione vero completa, cepit eos reverende memorie iam dictus
pater verbis suasoriis ammonere ut secum ad monasterium reverterentur
et, aliquandiu apud eum remorati, propositum institutionis
sue videndo et operando addicerent et tum demum quo eos Do-minus
vellet vocare properarent, et ut verbis illius utar: « Audite »,
inquit, « o filii, consilium meum, ad monasterium cui
deservio revertimini mecum. et propter ardorem vestri desiderii,
quamquam extra usum monasterii, intrinsecus vos recipiam ut
simul cum fratribus edatis, simul dormiatis, simul oracioni vacetis,[Page 109]

simulque ad opus manuum exeatis, ut his exerciciis probati
sciatis quibus modis proposituin monachi adimplere valeatis ».
Te simul ecce petunt, Petri dum limine querunt,
Roma beata nimis, fratresque senexque fidelis,
Quos trahit ipsa ferens fidei per litora navis.
Hec et his similia eo dicente, prebuerunt assensu pariterque
cum eo ad monasterium sunt regressi, in quo paucis diebus remorati
pene ad plenum instructi sunt. accidit autem ut dum
pater duorum fratrum, Tatonis scilicet atque Tasonis, cum ceteris
parentibus huc illucque eos quererent, rapidissimo cursu Romam
venirent, quos dum studiose quererent ac nequaquam inibi invenirent,
audiunt a dicentibus Sabinis eos esse in monasterio gloriose
Dei genitricis Marie. tunc illi maioris amoris stimulis agitati,
spacium itineris illius quasi transvolantes, ad predicturn monasterium
pervenerunt, a predicto monasterii patre pecierunt ut aspe-ctibus
illorum presentarentur. venerabilis autem senex eorum
dolori compaciens, ut erat suadibilis eloquio, amrnonuit ut exirent.
illis autem renitentibus, compulit eos ut sibi imperanti obedirent.
ut vero egressi sunt parentesque eos viderunt, vehementer flere

tanquam mortuos reliquistis? ut quid curam animarum nostrarum deseruistis? nullusne vobis inest pietatis affectus, nulla consanguinitatis compassio? obsecramus», inquit, «obscramus et per Deum conditorem celi ac terre deprecamur ne nos deseratis, quia ad Christum converti et seculum funditus relinquere sumus parati, sin autem, contestamur celum et terram, sanguinem nostrum de manu vestra a Deo fore querendum ». ad quorum verba lacrimasque atque singultus dum illi pietate nequaquam moverentur seque, ut Deo promiserant, Gallias petere dicerent, prophetica, ut aperte nunc cognoscimus, fertur senex ad eos voce dixisse: « Confidite », inquit, « filii, confidite et de Dei misericordia presumite, quia si modo meis monitis aurem obediencie accommodaveritis, multi per vestre accionis exemplum celeste ingrediuntur regnum. audite », inquit, « filii karissimi, audite consilium patris vestri et horum preces spernere nolite; ostendam vobis, si vultis, a Deo vobis locum preparatum. spero enim in Domino, quoniam illuc adimplebit Deus desiderium vestrum, ibique facietis Deo fructum acceptum. indicium autem loci percipite et ad eum quantocius properate ».[Page 111]

Non pater hos monitis, gemitu movere parentes,
Se patriam gentem contempnere rite fatentes,
Mollia spernentes, pro Christo dura ferentes.
« Est autem, dilectissimi filii, locus ad quem vos ire desidero in Samnii partibus super ripam Vulturni fluminis, ubi initium sumit a mille fere passibus. in quo videlicet loco situm est oratorium martyris Christi Vincencii nomine dedicatum; ex utraque vero parte fluminis silva densissima, que habitationem tantum prestat ferarum latibulaque latronum. omnipotens autem Dominus, cui vos famulatum exhibere desideratis, et vos in eodem loco illos servabit et cunctis iter agentibus a timore latronum pacatum atque securum constituet necnon et erutis dumis ac sentibus, lignis fructiferis habundare faciet. ite », ait, filii, ite et in eodem loco sine metu cuiusquam permanete ». Hos pater ire monet, loca monstrat pervia nullis, Arboribus multis que comunt flumina pulchris, Montibus et ventis, nivibus sunt frigida mestis. His igitur et huiusmodi verbis a rigore obstinationis emolliti, tanquam Christum in seniore loquentem adtendentes, apostolique dictum recordantes: « Nolite querere que vestra sunt singuli, sed que alterius» ab his que ceperant revocant animos, atque ab eodem benedictione percepta, iter arripiunt et ad hunc quem incolimus perveniunt locum, nichil secum in alimoniis corporis preter viaticum in sportella ferentes, iam tunc non immemores illius precepti dicentis: « Nolite solliciti esse, quid manducetis aut quid bibatis»; et: «Nolite solliciti esse in crastinum». sed ille, qui propter miseriam inopum et gemitu pauperum statim ut pius pater exurgit, qui talia agentibus repromittit, dicens: « Querite primum regnum Dei et iusticiam eius, et hec omnia adicientur vobis ». hanc eorum fidem aspiciens, cito stipem largiendo affuit. Tres iter assumunt, nichil huc nisi corpora ducunt. Est regimen, victus, tegmen miseratio Christus, Lex quoque sacra Dei lux noctis sive diei. Nam cum ad hunc in quo residemus, ut dictum est, pervenissent locum, quia cuncta que ad usus corporis sunt necessaria deerant, ad illum protinus mentem erexerunt in quo et per que omnia vivunt. ingrediuntur denique oratorium, peragunt in Dei[Page 112]

[Page 113]

laudibus officium atque superveniente nocte quieti membra deponunt. sed cur dico quieti, cum terratenus tantum artus locantes, ad morem patriarche Iacob, lapides capitibus supposuerunt? dico tamen quietem esse in quo, etsi caro tabescit, spiritus pinguescit. Et ecce, facto parvo intervallo, venit ad eos quidam homo ignotus nocturno silencio, regiamque oratorii pulsans, ait: « Quisnam hoc in loco quiescit? » ad cuius vocem exiliens, tacitus venit ad eum venerabilis Taso. cui ille: « Audivi », inquit, « a dicentibus quoniam hic peregrini adessent et propterea a pastoribus meis veniens, detuli modicum farine ac vini. si habes ubi hoc quod attuli recondas, accipe ». tum ille quedam vascula repperiens, tanquam a Deo sibi oblata, suscipit que offerebantur.

quo abscedente, nullus deinceps compertus fuit quisnam ille fuisset, qui hoc munus gratanter optulisset. His igitur indiciis claret, a quanta perfectione ceperint hii, per quos hunc locum ad tante magnitudinis excellenciam perducere dignatus est omnipotens Deus. Angelus accessit dixitque: « Quis hic requiescit? » Exiit inde Taso tacito pede, pectore grato; Munera cui prestans, vinum, similam, reddit extra.[Page 114]

In hac denique Christi paupertate solliciti persistentes eorum vita, quam Deus ad exemplum plurimorum ostendere disposuit, longe lateque personuit atque lucerna super candelabrum posita, diucius latere non potuit, et cum multi eorum vitam imitari cupiunt, multitudo fraternitatis ad eos concurrere cepit. Longe per centum sociis moderare talentum, Famina sacra ferunt, palmam bellicae tulerunt Et capiunt multos valido de gurgite ductos. Primus itaque prefuit sacro gregi Paldo Dei famulus, qui erat omnino mitissimus, quique per omnia hoc in suis actibus ostendebat, quod suis subiectis voce prefficebat, ita amator Christi paupertatis, sicuti nec carnales estuant divitiis terrenis. hic nempe fertur ad confirmandas animas fratrum ut in paupertate, quam ceperant, perdurarent dixisse: « Credite michi, fratres, quia monachus ille, qui in hoc monasterio persistens usque in finem, permanserit, anima eius eterna supplicia nequaquam sustinebit sed vitam eternam possidebit et hoc sanctae congregationis monasterium usque ad finem seculi ad lucrandas animas permanebit ».[Page 115]

quod quidam ignorantos, qua intentione hec prosequutus fuerit, falsa se ipsos securitate decipiunt, quamvis male viventes et contra regulam patrum facientes hoc in monasterio si permanserint, salvos esse in futurum posse, cum constet omnibus, quia quicumque in perpetracione criminis hoc in loco permanserint et ante extremi obitus diem se minime correxerint, ad vitam nequaquam posse transire. dicendum autem illis est, nequaquam virum Dei contra divina eloquia sententiam protulisse, sed in illis hanc sententiam permanere dixisse, qui illorum sobriam et castam vitam ac laudabilem paupertatem vellent imitari. Culmine preclaro renitens dyademate sacro, Primus preficitur Paldo reverendus et abbas; Innumeras animas Christo super ethera Mandat. Interea turba fratrum succrescente, ceperunt contra votum habere, per quod possent eisdem quos regebant subvenire. dumque predicti venerabilis patris Thome immemores dicti, multos per eos in hoc loco esse salvandos, amicam paupertatem solliciti requirentes, abicere conantur ea que possidere videbantur. sed resistente[Page 116]

eis divino iudicio turba fratrum, studuerunt magis, secundum Apostolum, non sua singuli, sed que alterius sunt, querere. et illud: « Omnibus omnia factus sum ut omnes salvos facerem ». multa siquidem tunc inter eos fuisse caritas, multa concordia unitatis, multa compassio fraternitatis refertur. et quidem narrantur de eis quedam digna miraculis; sed nostrum ad hoc tantum fuit studium incitatum, ut quibus modis seculum ac diabolus vicerint, apicibus prosequeremur. neque enim maius esse potest miraculum, quam quod tota mente mundum reliquerunt. et quia multi videntur miraculorum esse participes, sed nullatenus nomina habent scripta in celis, nequaquam hoc in tempore virtutes in ecclesia, sed perfectam vitam requirimus. Unde et dominus discipulos de subiectione demonum gaudentes deterret, dicens: « Nolite gaudere in hoc quia demonia vobis subiciuntur ». in quo vero deberent letari subdendo manifestat, dicens: « Gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in celis ». magna siquidem virtus magnumque et ammirabile extitit signum sue conversacionis exemplo tam innumeros de terris elevasse ad celos, de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de exilio reduxisse ad patriam. et, ut cepta persequar, sepe dictus venerabilis Paldo evangelice perfectionis vir, per omnia consumatus humanis rebus excedens, presentis vite finem fecit quinto idus octubris, indicione tertia, anno incarnationis dominice septingentesimo vicesimo, residente in Sede apostolica venerande memorie secundo Gregorio. hic suscepit sacri cenobii regimina ab incarnatione Domini anno DCCOIII. sub sancto papa Sisinnio.[Page 117]

En, Paradise, tuos Vernantes collige flores.

Denis septenis annis moderatus abenis
Est Paldo felix, quando tua gaudia cepit.
Cui succedit in sancto regimine Taso, minor quidem annis sed
ardencior in sancto proposito omnibus illis. quia vero nonnumquam
his, qui preest, si considerare neglegat et contueri infirmorum
imbecillitates, eosque non ut prevaluerint sed ut rigor districtionis
eius dictaverit volueris arcius astringere, nequaquam
eos quo cupit perducere valet, quia huic nimius zeli fervor potuit
domnari; simile quiddam ei accidisse cognoscitur. nam cum
hunc arduo itinere incedentem, nequaquam sequi valerent, penitus
deserentes abiecerunt fratremque eius maiorem natu loco eius constituerunt.
unde factum est ut ab utrisque partibus ad pontificem
Romanum relatio mitteretur. quod cum Gregorius papa secundus
audisset, factum improbat, hos contra canones egisse notat manusque
suas in Christum Domini extendisse denunciat. Quibus[Page 118]

et penitenciam indicens huius facti efficaciam ademit. quam scilicet
indictam sibi penitenciam vix cum magno difficultatis conamine,
obsistente eis aeris ardore, perficere valuerunt.
Post sequitur socius retinens moderamina Taso,
Qui minor est annis, validus sapientia quamvis.
Hic alacer, fortis, fervens quoque robore cordis.
Sed ut ostenderet omnipotens Deus quanti reatus crimen ammi-sissent
hii, qui pastorem a Deo sibi preelectum abiecissent, nequaquam
hac penitencia placatus, mox sine mora iudicium exercuit
ulcionis. nam ita ceperunt singuli humanis rebus excedere ut
duorum aut trium corporum fieret una memoria receptaculum;
eoque hec grassata fuit sententia, quoad usque pene nullus eorum
in corpore remaneret, qui huius nevi faerant consilio maculati.
Sed nec ipse diu moratus, eosdem est moriendo secutus. iccirco
autem huius facti adversitatem huic operi annectimus, ut a tali
deinceps sedicione et pastor et grex alieni existant. quia etsi
nequaquam eos per hoc factum utpote incipientes peniteri dampnandos
affirmare audemus, cum scilicet pastor zeli fervore et grex
pusillanimitate erraverit, tamen incertum est utrum eos hec iudicii
sententia ad plenum huius reatus crimine mundaverit, an etiam[Page 119]

[Page 120]

ad carnem gestans quousque virtus corporis prevaleret non deposuisse.
cum vero, defessis ac fatigatis iam membris, hanc ferre
non posset, circulum sibi ex eidem occulte fieri precepit, quem et
usque ad diem obitus sui gestavit. hunc asserunt lectisternia
refugisse. fertur etiam et ebdomadam iciunio peregissee. his
enim ac tantis virtutibus repletus ad finem usque perdurans, consumatus
obiit in pace tercio idus decembris, indicione vero sexta,
felici gaudio letus, anno incarnationis Domini Dccxxxviii.
Hic prius abiectus, fit postea pastor onestus,
Udenis actis postquam Taso prefuit annis.
Ad finem durans explevit tempora longa,
Qui fuerat magnus studiis, opibus quoque largus.[Page 121]

Hec de his dixis sufficiant quorum nos exempla ac fama preclavi
de seculi turbine ad hanc quietem perduxit. sed horum
aspicientes fervorem nos gemitus aliquid dicere de nostre
conversacionis tepore et, quamquam me ipsum, primo ferire loquendo
pertimescam, tamen ea, in quibus iaceo et michi similes
iacere cognosco, enarrare vicia, sublato pudore, non erubescam.
fortassis enim per hanc humilitatis confessionem et michi a Deo
venia dabitur et illis salubris correccio ministrabitur. sed unde
exordiar? unde loquendi initium sumam? omni enim ex parte
sanctum a nobis propositum violatur et pene nichil nobis superest,
nisi quod sanctus pater predixit Benedictus: per tonsuram et ha-bitum
nos Deo mentiri videmur. pene omnes ad superbiam
prompti, ad contencionem, ad scandalum, ad, detraccionem, ad
mendacium, ad maledicendum, ad accusacionis lesionem, ad contumaciam,
ad iram, ad amaritudinem, ad despeccionem, ad -contradiccionem,
ad susurracionem, ad murmurium, ad gulam atque ad
ornatum vestium sumus illecti et, ut breviter cuncta perstringamus,
ea per que sancti celestia consecuti sunt regna, idest tribulaciones,
persecuciones, adversitates, angustias, passiones, contumelias, humilitatem,
subieccionem, paupertatem, odio habentes, que nostra
sunt tantum nos que alterius querentes, falsos honores appetentes,
hac per hoc invicem invidentes, invicem mordentes, quicquid ad
presens delectat, quicquid dulcedinis tota mente requirimus, nescio

per quod aliud iter, fallente nos visu interiore, a sanctorum calle deviantes, ad vitata nos posse pervenire confidimus. ait ipsum Dominus: « Arta et angusta via est, que ducit ad vitam, et pauci sunt, qui intrant per eam ». Apostolus vero dicit « Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei » ; et iterum: « Si non compatimur, nec conregnabimus » et: « Nemo coronabitur, nisi qui legitime certaverit ». Eia, monachi[Page 122]

nostri, quid ad hoc dicturi sumus? aut, quod enim nefas est, Scripturam mendacem? aut nosmet ipsos fallaces veraciter appellabimus? sine via enim tendentibus labor est itineris, non profectus. aut forte decepti dicere poterimus, ut secundum miseriam nostram loquar, Dominum dixisse: « Beati qui induti sunt cappa vel qui usque nonam horam ieiunant » ? nequaquam. dixit autem de his qui falsam religionem pretendunt: « Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces ». de illis autem qui beati futuri sunt ait: « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum; beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur; beati qui esuriunt et siciunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur; beati qui persecutionem paciuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum ». intendamus qui hec aborremus, quibus modis in Scriptura detestantur ea que nunc sequi videmur. scriptum namque est: « Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam »; et: « Qui detrahit fratri, eradicabitur »; et: « Neque maledici regnum Dei possidebunt »; et: « Perdes eos qui loquuntur mendacium »; et: « Cecidit accusator fratrum nostrorum »; et: « Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio »; et: « Ve qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt ». tot enim mortibus digni sumus quot his malis exemplis scandalizamus. sed nos, o dilectissimi fratres, superiorum pauperum, quorum mencionem feci, exempla adtendamus ne in vacuum currere videamur. omni nisu, omni conamine, omni virtute desudemus ut ab his, que dixi, precipitiis educti, per iter sanctorum incedere valeamus. si enim unum in nobis bonum perfecte adesset, tot enumerata mala nequaquam inessent. et quod est hoc bonum nisi mandatum novum? « Mandatum novum », inquit Dominus, « do vobis ut vos invicem diligatis »; et: « in hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dileccionem[Page 123]

habueritis ad invicem ». « Qui enim diligit », ait Apostolus, « legem implevit » et: « Plenitudo legis est dileccio ». ego autem dico quia qui fratrem diligit nequaquam detrahit sed corrigit; qui vero detrahit non diligit. « Qui autem non diligit », docente lobanne, « manet in morte ». Si, inquam, radix huius dileccionis esset in nobis, omnium virtutum poma maturescerent; quia vero deest, in fiore vanescunt. sed quia inducias ad corrigendum huius temporis a pio Redemptore accepimus, agamus ut in melius proficiamus. non egnim sufficit patria, divicias parentes reliquisse nisi nosmet ipsos mortificemus. diem ergo mortis cotidie adtendamus et in etenum non peccabimus, passiones Domini inspiciamus et de presentibus iniuriis non dolemus. sicque huius exilii iter peragamus ut, egredientes de corpore, angelum lucis invenianus, per quem defensi ab accusatore illuc perveniamus, ubi Deum iuncti cum angelis sine fine laudemus; ubi iam nullus erit metus mortis, nullus corruptionis defectus, nulla esuries, nulla sitis, nullus meror, nullus dolor, nulla amaritudo, nulla tenebrarum caligo, sed dies eterna, dies beata, in qua qui inventi fuerint lumine solis non egebunt, quia ab ipso Agno illuminati, sicut sol in regno Patris fulgebunt; ubi semper beati, semper gaudentes, semper letantes, semperque erunt cum Christo sine fine regnantes; ubi caritas in singulis regnabit et Deus omnium in omnibus erit. qui in Trinitate perfecta vivit et regnat per omnia secula seculorum, amen.[Page 124]

PROLOGUS PETRI PRESBYTERI ET MONACHI IN VITA VEL OBITU SANCTORUM PATRUM PALDONIS, TATONIS ET TASONIS.

AUDITE, famuli Christi, qui audita voce Domini fieri vultis perfecti, vos qui patriam, parentes et mundi substantiam reliquistis, obsequia, honores et cunctam vanam gloriam pro Christi amore contempsistis, qui in vestra potestate aliquando cum seculo laborastis et nunc ad serviendum Deo spontanea voluntate festinastis[Page 125]

et, in domo Domini abiecti, hominem super capita vestra

imponi voluistis. hec quidem cum su[m]mo desiderio inchoastis a regnum Dei cum fructu iusticie acquirere valeatis; sed si quod cepistis in sancto proposito decertantes ad perfectum finem perducere satagatis, si stabiles in fide, spe robusti fueritis, si instituta sancte regule et sanctorum patrum precepta implere studueritis, si bona que vobis optatis aliis eciam ipsi feceritis et dileccionem Dei ac proximi casto amore exhibueritis, sanctorum quoque gesta pia fide legeritis, credite quia eterna premia sine fine possidebitis. Obsecro autem vos, karissimi, ut intentis auribus audiat qualiter aut per quos celi Dominus hac monasterium Beati Vincencii institutere dignatus est. hec que dicturus sum, omnia ex ordine retulit michi Petro presbytero et monacho benignissimus pater dominus abbas meus Taso et ut scriberem precepit, quatenus perfecte conversacionis exemplum mancat posteris et per annos singulos a fratribus eorum memoria dignissime celebretur.

TRES fuerunt viri religiosi fideles, famuli Christi, a Deo vocati atque electi, nobili ex genere orti, Beneventani cives Paldo venerabilis consobrinus Tasonis et Tatonis germanis fratribus. hii tres pari devocione, uno in Christo corde firmati ceperunt querere beatitudinem paupertatis ut caduca perfecte respuerent et perituram renunciarent gloriam mundi, secreto simul consiliati ne cuiuslibet proximi, sicut solet, impedimentum paterentur parentis, dixerunt se Romam pergere velle et beati apostolorum principis Petri precibus se commendare; sed tale inter se firmaverunt con-silium ut ad Galliurum provincias exinde occulti transirent et, di-visi per singulas Francorum patrias, omni hu, - mano solacio destituti, singuli regulares monasteria quererent, ubi in Dei servicio stabi-liter permancrent subiecti, nee quisquam sciret si fuissent servi aut ingenui. tunc occulte pauperibus dispercierunt quod possiderunt,[Page 126]

et exinde omnia perfecte relinquentes, palam se diligenter preparantes, ut nobilium virorum mos est, acceptis in obsequio pueris, sedentes equis ceperunt iter et se Romam dirigentes Spolitinorum provinciam ingressi sunt. cum vero pertransissent Marsis in via, que ducit Sabinis, descenderunt equos, ammonuerunt pueros ut ea que detulerant cum suis illorumque equis Beneventum re-deuntes deferrent dixeruntque eis: «Nos tale votum habemus ut soli tres nostris pedibus absque solacio aliorum Romam pergere debeamus». tunc obsequiales pueri fientes, iussa dominorum suorum complentes, ad Beneventum regressi sunt. post hec, relictis pueris, dum iter agerent obviaverunt pauperibus peregrinis, dixeruntque sibi invicem uno consensu tractantes: «Ne forte aliquis nos agnoscat aut latrones spoliare possint, ipsi nos exuamus et, ista speciosa vestimenta pauperibus tribuentes, vetusta eorum vestimenta nos induamus». sic mox in presenti fecerunt et, sua dantes, illorum scissis tunicis se induerunt, similiter quoque calciamenta pedum et baculos quos in suis manibus gestabant ab eis acceperunt et voluntarie paupertati se ex toto tradiderunt. vere angusta est via que ducit ad vitam, quam isti fideliter aggredien-tes, ita feliciter ceperunt, vere viros istos martires dixerim, qui vanam gloriam seculi et honorem ita calcare potuerunt. deinde cepto itinere ad monasterium gloriose genitricis Dei Marie Sabinis pervenerunt, in quo venerabilis pater Thomas multis fratribus preerat. et dum fuissent in ospicium suscepti cum aliis peregrinis, venit ex more predictus abbas Thomas cum fratribus ad lavandum pedes ospitum. sanctissimus ille pater, cuius oculi in contemplacionem spiritualem semper erant aperti, cepit eos cum ammiracione diligenter conspicere, videns eorum vilissima vestimenta, intuens de-licata et candida membra, prudenter considerans ait intra se medi-psum: «Putas, qui sunt isti tam vetusta et rupta vestimenta induti? pulchri facie et speciosa corporis forma compositi? dissimiles apparent ceteris peregrinis: volebam scire quid ista talis simulacio[Page 127]

sit », itaque primo mane venions predictus abbas, tulit eos in scereciori loco et prudencioribus ac suavissitnis verbis interrogans ait illis « Obsecro vos, fratres karissimi, dicite mihi qui estis, unde, quo tenditis iter vel si aliquis vos afflixit; si quemquam fugitis aut in culpa aliqua incurristis vel preiudicium sustinetis, indubitanter dicite et ego in quibus valeo consilium et adiutorium vobis tribuo ». tunc illi videntes hominem pru-dentem, pios intuitus habentem, tulerunt se paululum in parte et loquuti sunt inter se « Ut quid non omnia huic Dei servo dicimus, ut amplius roborati proficiamus, instructi eius prudenti et Deo acceptabili consilio? » post hec loquuti sunt ei dicentes: « Obsecramus te, sanctissime pater, per Deum, omnipotentem prebe

nobis saluberrimum et spirituale consilium, ne incurramus nostre devocionis impedimento, sed habeamus tue prudencie adiutorium, ut secundum suam voluntatem impleat Dominus in suo sancto servicio desiderium nostrum. consilium nostrum, quod usque nunc cunctis celavimus, tibi ut pio patri pandimus. sumus enim Beneventane civitatis cives; vocitatur Paldo, Taso et Tato; exivimus publice coram parentibus nostris cum pueris et obsequiis, sedentes equis, ut Romam pergere deberemus, sed postquam Marsis transivimus pueros ammonuimus, quos licet fientes ad Beneventum reverti precepimus. post hec peregrinis obviavimus, quibus vestimenta nostra cambiavimus et exinde, laboriosam peregrinationem assumentes, Romam pergere volumus indeque, ad Francorum provincias transeuntes, monasteria querele et sub iugo sancte regule vitam finire desideramus ». hoc audito venerabilis pater ait ad eos: « Vos estis qui veraciter Dei gratiam queritis; revera cupieram ego semper tales habere consortes. sciatis tamen quoniam usque Romam me comitem habebitis vobiscum ». simul ergo hinc ad sanctam et principalem summi pastoris ambulaverunt aulam ibique, diucius prostrati, eius se precibus commendaverunt. oratione completa, loquutus est eis predictus suavissimus doctor animarum dicens: « Scio, fratres, quia a Deo electi estis et perfecta est intentio vestra in amore Christi; tamen quia regularis discipline et monastice religionis ordo

[Page 128]

vobis incognitus, ut secularibus viris habetur, qui plus videndo et operando quam audiendo vel legendo potest cognosci, obsecro pro karitate audite consilium meum: pariter revertamur Sabinis ad sancte Dei genitricis domine nostre Marie cenobium et ego vos quamquam extra usum monasterii, intrinsecus recipiam ut simul cum fratribus maneatis, simul in labore eatis et ita discatis qualiter postinodum agere debeatis ». tunc obedientes consenserunt eius. suavissimis verbis reversique, sunt cum eo Sabinis, ubi, aliquantis diebus demoruti, ad bonum propositum, instituebantur. Interea pater Tasonis et Tatonis exeuntes de Benevento cum ceteris, parentibus suis, cursu rapidissimo, Romam petentes, eos anxie requirebant, quos dum quererent audierunt eos esse Sabinis, pergentesque illuc invenerant eos. tunc suppliciter prostrati obsecrabant venerabilem Thomam abbatem ut suos filios illis ostendere dignaretur; quibus venerandus senior vix imperare potuit ut ad eos exirent. at ubi patres et parentes eos, viderunt, lacrimabiliter clamare ceperunt: dicentes: « Ut quid nos peccatores tamquam mortuos reliquistis? quibus domos, possessiones et thesauros vestros dimisistis? et nullus affectus, nulla vobis, cura caritatis est pro animabus nostris? obsecramus vos et adiuramus per Deum omnipotentem Iesum Christum filium eius, qui venit in hunc mundum. peccatores salvos facere, ne nos despiciatis, quia converti volumus sicut et vos cepistis, si autem contempniseritis, nos, requirat Deus animas nostras de manibus vestris ». nam genitor Tasonis et Tatonis, de presenti Deo teste converti promiserunt, quod et fecerunt. denique dum, multa inter obsecrantes et respondentes verba fuissent et ipsi Dei famuli, ut promiserant, Gallia s pergere festinarent, venerabilis ille prudentissimus pater Thomas aperiens os suum prophetica, ut modo cognoscimus, voce, manifeste loquutus est, dicens : « Audite verba in ea, karissimi fratres, et fiducialiter credite, quia per vestre accionis exemplum multi celeste ingredientur regnum ; nunc autem ego vobis ostendam aptissimum locum, ab omnibus secularibus tumultibus: remotum;

[Page 129]

sciatis pro certo quia ibi adimplebit Deus desideria cordis vestri, et ibi facietis fluctum acceptabile omnipotenti Deo; invenietis enim prope capite Vulturni fluminis in ipsius alvei ripa positum oratorium Christi martyris Vincencii; ex utraque parte condensa silva ferarum habitacio et latronum latibula, sed vobis decertantibus faciet illam Deus spaciosam ac fructiferam et cunctis iter agentibus a latronum insidiis semper securam; ibi fiducialiter ite et stabiliter permanete: ego ad visitandos vos veniam et in quo valeo docebo ». vere Dei famulus sicut promisit implevit, et eos quociens docuit et confirmavit. quid multa? quamquam inviti et coacti consenserunt, obedientes consilio sanctissimi patris, venerunt, ut diximus, tantummodo ipsi tres in specie sancte Trinitatis, nichil in alimonia corporis; preter viaticum in sportella portantes omnique victuali stipendio destituti. tunc invenerunt istic oratorium Beati Vincencii, sicut a venerabili et sanctissimo patre fuerint edocti, nullum ubi quiescerent celle tugurium, nulla vescendi aut bibendi preter fluminis aquam invenire potuerunt.

oracione in oratorio facta, diurno cursu completo, pavimento prostrati subposuerunt lapides capitibus: talem requiem sibi habuerunt. post parvo intervallo noctis vir quidam ignotus venit ad eos, regiam, oratorii tetigit dicens: « Quis est hic? » exiliens venit ad eum tacitus venerabilis Taso, cui ille: « Audivi quod hic peregrini venissent: a pastoribus meis venio, sed habeo hic aliquantulum farine et in utre vinum: accipe si habes ubi» cum huc illucque vasculum quereret iam dictus Taso invenit cupum apium iacentem et collocavit in eo ipsam farinam, deinde in angulo oratorii invenit parvam butticulam, ubi presbyter offerendas amulas suscipere solebat, quando ibidem missam semel in anno facere veniebat; lavit et effudit misitque in eam vinum. Ac deinceps nullus scire potuit quis ille fuisset qui hec optulit. tunc isti beati pauperes in crastino ex eo refocilati sunt gracins agentes Deo[Page 130]

omnipotenti. post hec supportantes invicem unanimiter propmta voluntate et sincera mente iugiter sustinuerunt; nam satis duram et asperam vitam in primordiis duxerunt, ciliciis induti, duris lab-oribus et ieiuniis afflicti. fortissimus quippe Taso miles Christi lorica ferrea die noctuque indutus per annis plurimis numquam spoliavit, numquam balneans, nec capite aut barba novaculam ducens vel crines pectinans. tunc quicumque eorum sanctam con-versacionem et humilitatem seu caritatis affectum viderunt, cum ipsis vivere et suas salvare animas cupierunt. taliter ut diximus sanctus iste locus sancteque congregacionis cenobiuni Christo adiuvante per predictos Dei famulos plantatum de die in diem florebat; unde et longe lateque bona eorum accio et laudabilis fama personuit, sancteque caritatis fervor Christi servos ad perfectum finem perduxit. tanta fuit eorum largitas in paupertate, ut esurire contenti, pauperes et peregrinos suo labore reficerent; tantus amor caritatis erga Dei famulos, ut vicina que pene destructa fuerant monasteria pro Christi amore undique sublevare et recuperare sollerti studio curarent, sicut et Beati Benedicti monasterium in Casino castro, quod a Longobardis ad nichilum fuerat usque destructum et a cunctis habitatoribus destitutum, <divina revelacione ammoniti>, ipsi iam dicti patres recuperare et regere ceperunt, suis manibus ibidem laboraverunt et suos monachos laborare, fecerunt; post hec ve<ne>rabilem virum Petronacem ibidem abbatem ordina-verunt, et cum illo de suis monachis ad habitandum dimiserunt; qui eciam Romani pergens, a Zacharia papa confirmatus, librum regule et libram panis ac eminam vini cum privilegio[Page 131]

Sedis apostolice accepit, cunctosque Lateranensis congregacionis fratres secum reduxit. ex eo quippe tanta inter utrosque caritas esse cepit, ut eciam diebus sancte quadragesime fervore sacre religionis se invicem visitantes ad pociora colortarentur. sed et in sequenti tempore servos quosdam vel possessiones invicem cambiabant, et iuxta beneplacitum utriusque partis intemerata permanebant; obeuntibus quoque illius congregacionis abbatibus ad eleccionem succedencium huius monasterii patres causa sanioris consilii invitare utpote sibi vicinos solebant; ita enim sua quisque lucra vel dampna communia esse putabant; quod usque ad tempora Angellarii abbatis ipsius monasterii fuisse, eciam venerabilium patrum eiusdem monasterii veridica narrat hystoria. Verum, ut dicere ceperam, cum illorum sacre fama religionis longe lateque fraglaret, ad aures Gysolphi ducis ipsorum opinio Beneventi a pluribus relata est. Dei autem nutu factum est, ut predictus dux per semetipsum cum illorum parentibus ad visendum hoc idem, monasterium et Dei famulos visitandos veniret, a quibus ut decebat honorifice susceptus cum eis triduo perseveravit, et illorum vitam sedulo contemplatus admodum mirabatur. Sequenti die cum more solito opus Dei finissent, venerabiles Christi famuli ad eundem ducem pervenerunt, qui mox ut eos vidit de solio suo se erigens et obviam illis procedens honorifice salutavit eos, et sic[Page 132]

resederunt ornes. tunc ipse dux nimis illorum vitam et Christo amicam paupertatem cepit laudare et suppliciter eos exorare cum suis omnibus ut quicumque sibi necessaria fuissent ab eo petere dignarentur. at illi, ut fucrunt mitissirni et mundi gloriam pro nichilo ducentes, hoc solum obnixe ab eo pecierunt, ut per sue magnifice potestatis preceptum concederet eidem monasterio, tam presentibus Dei servis quam et semper futuris, terras vel montes adiacentes undique aut imminentes, per fines quos ipse decerneret; ecclesias quoque que longe lateque ignibus combuste et a cunctis habitatoribus derelictae videbantur sub iurisdicione monasterii constitueret,

quatenus ab eis restaurare, sibi proficerent in salutem.
Quorum petitionibus dux clementissimus libenter annuens eundem
monasterium plurimis rebus et possessionibus ditavit, et de quibus poposcerant
preceptum faciens, anulo suo roboravit, quod omnipotenti[Page 133]

Domino et eius martiri Vincencio ac predictis Dei famulis devotissime
cum multis aliis optulit donariis; cuius precepti textus iste habetur:
In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Concessimus
nos dominus vir gloriosus Gisolfus, summus dux gentis
Longobardorum in monasterio Sancti Vincencii levite et martiris
Christi, quod venerabiles famuli Christi, nobis carnis consanguinitate[Page 134]

propinqui, Paldo, Tato et Taso, pro Dei amore patriam, parentes et
mundi gloriam relinquentes, nuper edificare ceperunt, in territorio
sacre nostre civitatis Beneventane, super Vulturni fluminis fontem,
terras et possessiones, per designatos fines: primum (de ipsa Zianula
quomodo ascendit per ipsum. Sangrum usque in montem Malum, et
quomodo coniungit cum monte Azze), (et revolvente eodem monte
Azze, usque in fluvio Melfa, et quemadmodum decurrit ipsa Melfa
usque ubi coniungit cum parvo fluvio, qui dicitur Mellarinus, et ab
hinc in verticem montis qui est super urbem, et mons ipse appellatur
Barbola, et super cilium eiusdem montis usque in montem Archanum
et montem Marahe montemque Casalem, eosque videlicet
montes extrinsecus circumdantes, in ortum usque riaginis, que nominatur
Ravennola), et quemadmodum decurrit ipsa Ravennola
usque in fluvio Vulturno, (et quomodo Vulturnus coniungitur cum
fluvio Bantra, et sicut Bantra coniungitur cum fluvio Forulo, et
quomodo Forulus percurrit usque in viam antiquam, et inde coniungit
cum rivo qui nominatur Gizoli, et inde vadit in rivo, in quo
non semper aqua decurrit, et sic vadit usque in Sangrum). (preterea
in actu Balvense, in locum qui nominatur Quinquemilia,[Page 135]

ecclesia S. Marie, per fines hic subscriptos, qualiter vadit fluvius
Sangro versum qua parte Rasinus fluit, et exinde decurrit rivus
qui exit de Quinquemilia usque in Petram, ubi fuit antiquitus
castellum, et quomodo tota ipsa vallis vadit in rivo de Camarda,
et ipse rivus decurrit in fluvio Sangro); et infra hos fines queque
continentur cum omnibus ecclesiis, cellis, curtibus, terris, vineis,
pratis, pascuis, silvis, piscacionibus, aquis rivis, molendinis et omnibus
rebus iisdem pertinentibus; ecclesiam quoque Sancte Dei
genitricis et virginis Marie iuxta fluvium Trinium, que incendio
combusta et a cunctis habitatoribus derelicta esse videtur; et ecclesiam
Sancte Marie, que vocatur in Duas Basilicas, que est iuxta
Sangri fluvii alveo sita, ubi ab antiquo tempore nulla habitatio
hominum fuisse memoratur sed tantum silva puplica; monasterium
nichilominus Beati Petri apostoli, iuxta nostra Beneventum
-nostra constituit, iuxta fluvium Sabbati; monasterium quoque Sancte
Marie in Loco Sano. has predictas ecclesias et monasteria
cum omnibus pertinentibus terris, cellis, hominibus vel omnibus
que dici vel nominari possunt et que nunc possidere videntur vel
in futurum possidere contigerit eidem venerabili monasterio et
predictis Christi famulis presentibus omnibusque futuris post eos
perpetuis donamus et concedimus temporibus. (denique, ex interventu
fidelium nostrorum, pro remedio anime nostre et nostrorum
stabilitate locorum, pro stipendio servorum Dei, concedimus
et inclitum vualdum, quem habemus in partes Liburie, loco qui
dicitur Pantanum, per hos fines: prima parte est via antiqua, que
de Ducenta venit, et sicut descendit via ipsa et intrat in ipsum
Pantanum, et silvam, et paludem coniuncta Laneo, a secunda parte
via nichilominus antiqua, que dicitur Vicana, a tertia vero iterum[Page 136]

usque ad viam que est antiqua, cum ipsa piscina, et quomodo
decernit ipsa via terras et vualdum, et terram que dicitur de
Tortora, et terras aliorum hominum, qui ibi affines sunt, et sicut
intipit super ipsam piscinam, et qualiter revolvit circa ipsam terram
de eodem vualdo, et iam dictam terram, que dicitur de Tortora,
et vadit ad ipsum Pantanum, et qualiter exit super ipsum Pantanum
et silvam et paludem, usque in ipsum Frigidum, a quarta
autem parte usque in iam dictum Frigidum et predictum Laneum,
cum omnibus introhabentibus subter vel super, que dici vel nominari
possunt). Ut autem hec omnia, que supra diximus, sub
iure huius sacri monasterii et vestra vestrorumque successorum
potestate perpetuis maneant temporibus, neque aliquam ab aliqua
persona sustineat questionem, firmiter statuimus et confirmamus.
Post roboratum igitur et confirmatum sue donationis preceptum

ipse iamdictus gloriosus dux graciarius Domino referens acciones
sanctorum patrum et omnium fratrum nimium nimiumque cum
suis omniibus se commendans oracionibus, gaudens et exultans Beneventum
reversus est. in tantum autem omnipotens Deus illos
magnificavit, ut undique fama illorum sanctitatis excrescens per-veniret
ad aures piissimi imperatoris Caroli, scilicet qualiter patriam,
parentes et mundi gloriam relinquentes, locum hunc pro
Dei omnipotentis amore pecierunt et quomodo pro multarum salute
animarum hoc cenobium edificare ceperunt. sed imperator scire
cercius cupiens utrum hec illorum fama vera esset, utpote qui bellorum
triumphis gloriosus et divine religionis ferventissimus executor,
Christi quoque servis his temporibus amicissimus erat adiutor,
apocrisarium suum sibi admodum karissimum illuc dirigere curavit,
quem cuncta sagaciter perscrutari precepit et sibi ocus veritatem
asserionis deferre. veniens ergo prefatus apocrisarius in monasterio[Page 137]

a sacnctis patribus cum omni solacio humanitatis studiose susceptus
est, dicensque se tantum gracia oracionis venisse, se suique
adventus causam Dei servis omnino celabat. per continuos ergo
septem dies cum eis in monasterio demoratus, diligenti studio die
noctumque illorum conversacionem contemplabatur, ammiratus eos
cotidie usque ad vesperum ieiunantes, nichilque in alimento cotidiani
victus preter panem et legumina et parum aque sumentes,
multos quoque ex eis biduanas et triduanas agentes, at toto diei
spacio operi manuum insistentes, noctes vero in vigi[li]is et oracionibus
perpetes agentes et Deo in oracionibus cencies genua flettentes,
si vero parum obsonii iure nature solvere cogentur humi
quiescentes, ciliciis tantum pro indumento utentes. hec omnia
cum videret predictus apocrisarius nimis illorum conversacionem
ammiratus, tandem illorum pedibus prostratus, et multum se omnium
commendans oracionibus gaudens et exultans ad dominum
suum augustum reversus est. quem ut vidit imperatot gaudio
gestiens magno, diligenter eum sciscitatus est an vera essent que
de Dei servis ad se fama detulerst. cui ille: « Noverit, domine
meus, vestra certissime imperialis sublimitas, non sola que vobis
olim delata sunt in Dei servis, sed multo alciora re[li]gionis exercicia
eminere, nec unquam meminisse scias vel in Francorum
provinciis vel in Italici regni ambitu clariores huius ordinis repperire
<posse> viros ». cumque omnia hec piissimus imperator
audisset, omnipotenti Domino gratias referens, suos omnes exortari
cepit, ut pro Dei amore et eius martyris Vincencii <obsequii devocione>
Christi famulos visitare et locum hunc conspiceri deberent.
quod et factum est. properante autem imperatore ad
monasterium cum universis magnatibus suis et valida multitudine
nobilium Francorum, sanctissimi patres cum sacro collegio monachorum
eunt obviam cum cereis, lampadibus et diversis thimiamatibus[Page 138]

atque cum magna animi exultacione illos in ecclesiam usque de-ducunt
. mox ergo imperator ante crucem prostratus diucius oravit,
indeque surgens sanctorum vestigiis patrum advolvitur et illorum
pedes, regiam dignitatem parvipendens, cum multis lacrimis sepiissime
exosculaus, orat ut pro se Dominum precarentur, a quibus,
oratione percepta, cum magna reverencia elevatur et, osculatis
omnibus, postquam eum diligentissime de Dei servicio et de diligenda
iusticia, de defensione peclesiarum et iura sacrarum ammonuerunt,
simul cum eo deambulantes, omnia monasterii edificia
circumierunt. obsecrantibus autem sanctis patribus imperatorem
ut vel uno die apud eos demoraretur, libentissime annuit impetratis
et ibidem, ut sancti patres voluerunt, cum eis demoratus est. post
acceptam vero refeccionern predictus imperator famulos Christi ad
se venire rogat; quos ut vidit de solio suo se erigens et obviam
eis procedens honorifice salutavit eos et resalutatus ab eis per ma-num
illos apprehendens iuxta se rogat sedere. quibus residentibus
cepit imperator illorum nimis laudabilem attollere conversacionem,
aspiciens humilitatem habitus, glorie secularis contemptum, ciborum
parsimoniam et in divinis laudibus iugem perseveranciam. et iterum
de solio suo erigens se salutavit eos. asserebat enim se neque in
Francorum provincia neque in aliis terrarum partibus constitutis
monasteriis aut audisse aut vidisse tunc temporis tante religionis
viros, et iccirco se obnix petere ut ab ipsius imperiali munificencia
aliquid accipere dignarentur pro sua suorumque incolumitate, pro
regni stabilitate et future vite, mercedis augmento. idipsum autem
universi comites cum magnatibus, episcopis, abbatibus, ducibus,
marchionibus et universis illorum vestigiis prostrati agebant prin-cipibus,
et inquit imperator: «Iustum est ut a nostra excellencia

tam religiosi et probabiles vite patres diciora et ampliora dona accipiant et locus iste ab imperiali potencia sublimetur, quatenus nos et nostri heredes cunctique nostri fideles, suffragante beatissimo levita et martire Vincencio et intercedentibus istis presentibus atque futuris Dei servis, mereamur accipere a piissimo[Page 139]

« Domino veniam et indulgenciam omnium peccatorum nostrorum ». tantis precibus sancti Dei famuli compulsi, non tam sue commoditati quam future aliorum necessitati consulentes, hoe sibi solum sufficere tunc posse dixerunt, si ea que iam sibi ab aliquibus fidelibus collata, vel clarissimi ducis Gysulfi, vel aliorum ducum, preceptis erant firmata, sua eciam imperiali dextera fierent roborata, atque sub ipsius tuicionis mumburdum omni tempore pacata et quieta valerent persistere. tunc clementissimus imperator horum petitionibus libentissime annuit et, convocato ad se archicancellario suo, precepit inperialem scribi preceptum, secundum quod Dei famuli voluissent, et hoc preceptum quod ab impefiali manu acceperunt.[Page 140]

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. (Carolus gratia Dei rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum.) Cum constet nos a summo, viro et vero[Page 141]

Deo in seculo isto mortales, esse creatos et eius divine miseracione pietatis tam regni apicem quam inimicorum victoriam nobis datam credamus, iure illi nos semper subditos esse oportet et eius ecclesiis digna cum reverenda honorem impendere ac ea que sunt necessaria nostro obsequio exhibere debemus. Quod nos, ut possumus, salubriter agentes, cum ad beati Petri corpus Rome divina gracia de Francorum provincia venissemus, comperta opinione eximie religionis cenobii Christi martyris Vincencii, quod a sanctis viris Paldone, Tatone et Tasone in Samnii provincia super Vulturum fluvium, edificatum, fuerat, devote illuc pergere nostrorum fidelium consilio curavimus. a quibus gratifice suscepti eorum nos oracionibus commendantes, cum (eos obnixi peteremus ut sibi aliquod competens beneficium a nostra imperiali magnificentia expetere dignarentur), iamdicti venerabiles Christi servi nostrum exoraverunt clemenciam, ut illorum predia et possessiones seu ecclesias per diversos fines regni Italici sibi subiectas, precepta quoque regum Langobardorum et ducum seu quorumlibet aliorum, oblationes virorum ac Deo devotorum eidem cenobio Christi martyris, Vincencii confirmaremus. (Quorum dignis petitionibus annuentes), pro Dei amore et anime nostre remedio, nostri quoque segni stabilitate et nostra nostrorumque fidelium incolumitate, per hoc nostre confirmacionis preceptum predicta precepta, scriptiones vel offerciones confirmamus, concedimus et penitus corroboramus in predicto cenobio Christi martyris Vincencii, tam istis quam futuris perpetuis temporibus omnibus succedentibus abbatibus et fratribus ac monachis ibidem Deo famulantibus. in primis de ipso sancto cenobio terram cultam et incultam, (declarantes nominative ipsas hereditates, per hos fines : de ipsa Zittula quomodo ascendit per ipsum Sangrum usque in montem[Page 142]

Malum, et quomodo coniungit cum monte Azze), (et revolvente eodem monte Azze, usque in fluvio Melfa, et quemadmodum decurrit ipsa Melfa usque ubi coniungitur cum parvo fluvio, qui dicitur Mellarinus, et ab hinc in vertice montis qui super urbem est, et mons ipse appellatur Barbola, et super cilium eiusdem montis usque in montem Archanum et montem Marthe montemque Casale, eosque videlicet montes extrinsecus circundantes, in ortum usque riaginis, que nominatur Ravennola), et quemadmodum decurrit ipsa Ravennola usque in fluvio Vulturno (et quomodo Vulturnus coniungit cum fluvio Bantra, et sicut Bantra coniungit cum fluvio Forulo, et quomodo Forulus percurrit usque in viam antiquam, et inde coniungit cum rivo qui nominatur Gyzoli, et inde vadit in rivo, in quo non semper aqua decurrit, et sic vadit usque in Sangrum). (preterea in actu Balvense, in locum qui, nominatur Quinquemilia, ecclesiam Sancte Marie, per fines hic subscriptos, qualiter vadit versum qua parte Rasinus fluit, et exinde decurrit rivus qui exit de Quinquemilia usque in Petram, ubi fuit antiquitus castellum, et quomodo tota ipsa vallis vadit in rivo de Camarda, et ipse rivus decurrit in fluvio Sangro); et infra hos fines queque contineritur cum omnibus ecclesiis, cellis, curtibus, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, piscacionibus, aquis, rivis, molendinis, castellis, villis et omnibus rebus in isdem pertinentibus; (ecclesiam quoque Sancte Dei genitricis et

virginis Marie iuxta fluvium Trinium; ecclesiam Sancte Marie, que dicitur in Duas Basilicas, iuxta Sangri fluvio sitam, et aliam ecclesiam[Page 143]

in S. Marie, que similiter dicitur in Duas Basilicas, in territorio Pinnense; ecclesiarn S. Marie in Canneto; ecclesiam S. Marie in Palene;) (monasterium S. Petri iuxta Beneventanam civitatem, iuxta fluvium Sabbati,) cum omnibus territoriis et pertinentiis suis; (ecclesiam Sancte Marie in Loco Sano,) cum omnibus suis pertinentiis; (ecclesiam Sancti Vincencii in Tocco,) cum omnibus rebus et familiis sibi pertinentibus; (ecclesiam Sanctii Sossii in Liburias, cum inclito vualdo quem optulit domnus Gysolfus dux.) omnia ad iamdictum cenobium subiecimus in integrum ad habendum et possidendum, tam per hoc nostrum imperiale preceptum, quam et aliis rationibus. (Precipientes insuper iubemus, ut nullus rex, dux, princeps, marchio, comes, vicecomes, castaldeus, sculdais vel aliquis rei puplice exactor abbatem vel monachos de prefato monasterio de cellis, prediis vel aliquibus rebus inquietare, disvestire aut per placita secularia ducere presumat. Sancimus insuper et nostra imperiali institutione corroboramus, ut si aliquo tempore orta fuerit contencio inter abbatem vel advocatum suum seu de servis vel aliqua causa inter vicinum suum seu qualemcumque hominem, liceat eis se defendere per scariones eiusdem monasterii, sicut antiquitus consuetudo fuit. Nec audeat aliquis ipsos abbates vel monachos ad sacramentum invitare, quia contra divinam auctoritatem et contra regulam est.) (Precipinius preterea prefatum monasterium cum omnibus monasteriis, cellis, terris, rebus quoque ac familiis ibidem respicientibus ac monachis ibidem Deo famulantibus sub nostre tuicionis munburdum omni tempore permanere.) (Quod si quisquam contra hanc nostram confirmationem[Page 144]

et concessionem insurgere vel molestias inferre temptaverit, sciat se compositurum auri purissimi libras mille, medietatem ca-mere nostre et medietatem predicto monasterio.) Actum anno incarnationis dominice .DCCo.XVO., indiccione quartadecima. (Signum Iacob ad vicem Radonis). Data. VIII. kalendas iunii.) Finito antem precepto vel corroborato, ipse piissimus imperator illud propriis manibus suis super altare beatissimi Vincencii cum multa alia dona posuit, et sic se sanctissimorum patrum pedibus et ceterorum fratrum advolvens, multum se illorum oracionibus commendavit. sicque letus et exultans et Deo gracias agens cum suis omnibus ad propria reversus est, spondens Deo et eius martyri Vincencio omni anno in ipso sacro monasterio plurima se dirigere dona. Dixi pauca de plurimis, que sanctissimi operati sunt patres, qui tam laudabile conversacionis exemplum reliquerunt successoribus suis. beatissimus pater Paldo primus abbas, in Christi nomine, cum magna fiducia quociens loquutus est fratribus dicens: «Credite, fratres, quia qui in istius sancte congregacionis monasterio iuxta regule instituta perseverando usque in finem perseveraverit, et sic vitam finierit, anima eius sine tribulacione sempiterna gaudia possidebit. et sciatis quia hoc sancte congregacionis monasterium usque in finem seculi ad salvandas animas adiuvante Domino perseverabit.» nos autem, fratres, cum fide, spe et caritate, cum obediencia et humilitate imitemur sanctissimos patres nostros christifideles et nostros doctores, qui unanimiter pro inestimabili gaudio eteme promissionis usque in finem certantes viriliter sustinuerunt labores. quos sequentes in eterne beatitudinis leticia de illorum consorcio gaudere mereamur, prestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum, amen.[Page 145]

QUALITER CONSTANTINUS IMPERATOR PRIMUS CONSTRUXIT HIC ECCLESIAM.

Anno dominice incarnationis septingentesimo tercio, indiccione .XV., residente in Sede apostolica sancto papa Sisinnio, apud Constantinopolim imperante Iustiniano, in Francia Pipino seniore regnum agente, apud Ticinum Aripert Longobardorum rege, apud Beneventum Gysolfo summo duce, sanctus et venerabilis pater noster Paldo, huius loci primus abbas, una cum caris et eque sanctissimis fratribus Tatone et Tasone, postquam in sancta conversacione diu decertantes in locum habitacionis antique super fontem fluminis ad mille passus ubi Vulturnus oritur, parvam solum ecclesiam quam invenerant amplioribus edificiis augentes, monasterium in honore beatissimi levite et martiris <Vincencii> statuissent, et post odorem unguentorum

Christi currentes, eciam aliis bonus odor Christi ad vitam esse cepissent, facta est eis non parva congregacio fraturm in amore Christi fervencium, quorum sacra conversacio longe lateque manaret. quibus sanctus Paldo primus cepit esse pastor et abbas, quod est pater. sed qualiter hic locus antike abitacionis fuerit, vel a quibus predicta ecclesia in primis edificata, sicut a fidelibus viris et religiosis patribus didici, narro.[Page 146]

Imperator Constantinus, christiane religionis ferventissimus amator, cum Rome a beato papa Silvestro baptizatus, et ob in-dicia sue fidei, ut Romanum populum ab ydolorum cultura penitus posset avertere, plurima templa demonum, ipsuin quoque insigne Capitolium destruxisset, pluresque pro bis Christi ecclesias construxisset Rome, scilicet basilicas Sanctorum Apostolorum, Domini Salvatoris, levite Laurencii, virginis Agnetis, Marcellini et Petri, Sanctam Hierusalem, iuxta portum Romanum Beati baptiste Iohannis et Sanctorum Apostolorum, in civitate Albanense ecclesiam unam Sancti Iohannis, in civitate Neapolim ecclesiam Domini Salvatoris mire pulchritudinis, in civitate Capuana ecclesiam[Page 147]

in honore apostolorum, que dicitur Constantiniana, et Stephani Protomartyris, omnemque mundani imperii gloriam, Christi Ecclesie pontificibus atque ministris contulisset, perpetuaque lege decrevisset, ut ubi religionis caput ab Imperatore celesti constitutum est, non esse iustum, ut illic imperator terrenus potestatem haberet, Romam imperii aree derelicta, Constantinopolim cum valida multitudine, ut sibi fuerat divinitus revelatum, ire festinabat. ob imminente ergo nimio acris ardore Appennino itinere deductus, cum iuxta fluentia Vulturni fluivi accubisset, tam virencia amena, quam aque lucide fluentis habundancia valde delectatus Augustus, post copiosam refeccionem dulcis illi somnus accessit. et ecce assunt ei in visione viri tres veluti quidam magni celicole, qui suis laudibus demulcebant animum eius. cumque ille, reverendis luminibus illos intendens, videret levitica stola fulgentes, et vellet inquirere quanam hii essent, qui tam sibi grata solamina ferrent, medius illorum, qui videbatur valde sibi ore facundus, et qui Romana lingua nocior ac vicinior videretur, inquit ad eum: « Devocioni fidei tue, amicissime Auguste, admodum congaudentes, de iusti corona premii, que tibi preparata est, nimium conletamur, et ideo nunc venimus bone spei gaudia ferre. si quidem nostra nomina addiscere vis, primus e nobis, qui velud quidam signifer tibi videtur, beatus est Stephanus, qui a Iudeis olim Hierusolimis lapidatus, eciam Capue templum a te meruit habere edificatum tempore vero Xysti pontificatus Romane Sedis funccio me habuit archidiaconatus. ego enim sum Laurencius,[Page 148]

cui templum Rome pulchro fabbricasti decore. Porro hic tercius, iuvenili renitens flore, apud Cesaraugustam simili archiviaconatus pollens honore, Vincencius est martir, cuius forsan olim didicisti et nomen. si ergo nobis par est agone, par in certa-mine, par in labore, cur tibi dispar devocione? confestim, surgens de visione, locum perspicito haud procul aptum ab ortu fluminis ad mille passus, quo statim munere celesti fartus, illi templum construe aptum. recompensacio certa laboris tibi reddetur iure a nobis, te sepe de inimicis victoriam capere iuvantibus, et ad celestis regni gloriam, post huius terreni imperii sublimitatem, ferentibus; erit quippe, adiuvante gracia Christi, multarum hic salvacio animarum». alacer ergo de visione surgens Augustus, mox perfecit quod fuerat iussus; indeque Adriatico mare transito Constantinopolim perrexit. denique, ut superius in vita sanctorum patrum premissum est, summus dux Langobardorum Gysolfus, cum aliis nobilissimis Longobardis illorumque parentibus, tam dileccionis affectu, quam veneracione bone fame promoti, civitate Beneventana egressi, cenobium Christi martiris <Vincencii> pecierunt, ubi alacriter ab eis suscepti, postquam dux ipse donis et possessionibus per preceptum sue confirmacionis illos honoravit, plurimi ex eis sancte conversacionis habitum suscipientes, in eodem sancto monasterio usque ad finem vite permanserunt, et ex propriis rebus vel possessionibus. queque erant necessaria larga manu tribuerunt, Ab Aystulfo quoque Longobardorum rege tunc temporis eidem monasterio predictus dux preceptum optinuit, ut tam regalis, quam ducalis auctoritas eis in omnibus suffragaret. quod videlicet preceptum postea a christianissimis imperatoribus Carolo et Ludovico perpetuo iure confirmatum est. est autem eis huiusmodi textus

IN nomine sancte et individue Trinitatis. Aystulfus summus
rex Langobardorum, deprecatione eximii ducis nostre Langobardorum
gentis Gysulfi, concedimus et confirmamus in venerabili
monasterio Sancti Vincencii martiris, ubi venerabilis famulus Christi
Paldo abbas regimen tenere videtur, in territorio Beneventano,[Page 150]

<[Refer]t Paulus diaconus ita de hoc [Petro]nace, quod, ductus
divino amore, [Romam] venit et, hortatu Gregorii apostolice
[Sedis p]ape secundi Casinum castrum peciit [atque], cum ad sacrum
corpus beati patris [Bened]icti pervenisset, ibi cum aliquibus
sim[plicib]us viris iam antea ibidem residen[tibus h]bitare cepit,
qui eundem vene[rabil]em virum Petronacem sibi abbatem [statu]erunt.
cui, insequenti tempore, Za[chari]as papa adiutoria contulit,
libros [sacre s]cripture et regulam, quam beatus [pater] Beneditus
manu sua descripse[rat]. statimque infert quia hoc mona[steri]um
precipui martiris Vincencii, iuxta [Vul]turnum fluvium
situm, magan con[greg]acione refulgens, a tribus nobili[bus fra]tribus
Pallone, Tatone et Tasone [iam] tunc edificatum erat.
addit [quoque] quod hoc ipsum vir eruditissi[mus] Authpertus,
eiusdem monasterii abbas, [in suo] volumine descripserit.> tanta
denique ex tunc inter utriusque congregacionis patres caritas esse
cepit, ut eciam per annos singulos, diebus sancte quadragesime,
fervore precipue religionis, et isti illos et illi istos invicem se visitarent.
Sanctus autem Paldo, primis huius loci abbas, post diutinam
huius vite decertacionem, consumatis operibus sanctis, in requiem
Christi assumptus, obiit .Vo . idus octubris, postquam in loco
sacri regiminis decem et septem expleverat annos, ab edificazione
vero huius sacri monasteri Christi martiris Vincencii iam agebatur
annus tricesimus quintus.[Page 153]

SANCTUS Tato huius loci secundus abbas,
ovilis Christi post sanctum Paldonum susce-pit
regimina sacra. qui quidem, minor annis,
sed in sancto proposito ardencior extitit cunctis.
hic preceptum optinuit a domno Arichis,
Longobardorum gentis celeberrimo principe,
confirmacionis de terris et montibus uno se tenente,
quomodo exfinant se cum fluvio Vulturno
et rivio qui vocatur Causa, et aliis terris et
montibus subscriptis, secundum preceptum
domni Gisolfi ducis. est autem huiusmodi.[Page 154]

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Conessimus
nos dominus vir gloriosissimus Arichis, Dei providencia
Longobardorum gentis princeps, in monasterio Sancti Vincencii,
quod situm est in finibus Samnie, iuxta Vulturno flumine, ubi
venerabilis vir Tato abbas preesse videtur, terris cum montibus
una se tenente, quomodo exfinant se cum fluvio Vulturno, et rivio
qui vocatur Causa, et terris et montibus, qui sunt coniuncti cum
terris et montibus, que dominus vir gloriosissimus Gysolfus summus
dux, per preceptum concessum habet in prefato monasterio:
in primis montem, qui nominatur Tauri, et montem Paganum,
montem Caballum, montem Casale, et montem Malum sicut aque[Page 155]

decurrunt ,et vallem ubi ecclesia nostra SanctiEleutherii constructa
est, quam ecclesia nostra Sancti Cosme et Damiani,et montem
qui dictur Archanum et montem Marthe, cum collibus, vallibus,
toronibus, riaginibus, et cum omnibus finibus circumdantes iam
dictas terras et montes, et quomodo incipit decurrere riago que
nominatur ravennola, et qauliter exfinat terra bone memorie
Arichis, in iam dicto monasterio concessimus ad possidendum in
integrum, ut amodo et sempre cuncta, ut superius leguntur, tibi
iam dicto Tato venerabili abbati atque successoribus et rectoribus
vestri monasteri securiter habere et possedere valeatis.
Post peractis itaque in sancto redimine annis octo, venerabilis
Tato defunctus seculo migravit ad Christum, tercio idus ianuarii.
SANCTUS Tato huius loci sancte conghegacionis
tercius succedit pater et pastor.
hic Christi vestigia sequens, virtutum

omnium matre pre ceteris vero in eodem monasterio
ecclesiam Sancte Dei genitricis Marie
que Maior vocabatur cum altario S. Pancracii
et S. Benedicti. hius tempore Desiderius
rex Langobardorum construxit monasterium
in honore beati Petri apostoli
iuxta fluvium tritanum, quod maxima dote
et possessione ditavit per huiusmodi preceptum.[Page 156]

INVISIBILI atque indivisibili substantia
summe perfecteque Trinitatis,
Patris videlicet, Filii et Spiritus
sancti, in omnibus rebus maxilne
ecclesiasticis advocata penitus convenientibus
legibus ac iuribus divinis.
Desiderius ineffabiliter celi maiestate
cuncta distribuite <Romane> dignitatis
imperator Augustus <... ac Longobardorum
rex>. constat <quidem>
ineffabilem clemenciam ad libitum
sibi diversas creare creaturas angelicas,
divisas alias in obedienciam
sibi humillimam, alias sponte in ruinam dilapsas. quapropter
creaturam sibi rationabilem creatura lapsa sibi fieri placuit,
quam apostatarum angelorum princeps sibi prelatum decernens,
ac paradysi gaudii incolam <sub tegmine> nefandissimus serpens
habitaculum peccit fraudulenter gaudii sibi perditum possessorem[Page 157]

degit. tanti igitur ordinis creator atque dispositor facturam
<sibi similem> serpens ut decepit agnovit, carnem de immaculata
virgine, ob eam redimendam, humillime suscepit. his autem
sibi omnibus operatis, duodecim elegit apostolos, quorum fide
atque doctrina universis in perdicione atque ruina orbis terrarum
ad pristini gaudii leticiam restaurarentur. quare Romano
imperio omnibus terris prelato, placuit rerum omnium factori Petrum
omnium caput preesse disposuit, sub quo Ecclesiam omnem
suam subisse voluit, imperatores, reges, duces ac principes; omne
quoque baptismatis unda renatos eideim apostolice agminis principi
parere subegit. quid mirum quem Deus invisibilium animarum
patronum constituit, si visibilia atque caduca sibi subiecit?
que omnia ego, divina favente mihi gracia, Romani Imperii
Augustus et audiendo et legendo Romanis predecessoribus, Constantino
videlicet, Theoderico ac Iustiniano, fecisse Rome, Ravennae,
Mediolani in honore Dei ecclesiarum, michi vero, pre-dicto
apostolorum principe revelante, et Rome et Ticini, et
Sannie, et Aufidi ecclesiarum in honore edificare, in diversa michi
etate per sompnum apparens, tandem ammonuit, atque precepit
ecclesiam sibi in Tritensi valle edificare, quod, consilio, hominum
hutilium tali rei, feci. Quam ecclesiam iuxta Siler flumen
studuit fieri, (cui de re et possessione legaliter concessi quicquid in
coniunctione duorum fluminum continetur. hinc quicquid etiam
per alpes ac colles, que habentur inter Tritensem ac Pennensem[Page 158]

divisionem, fere usque ad montem Sigillam, et a boreali parte, a
meridiana vero hac australi parte quicquid habetur intra Furcunensem
<comitatum> et fluvium Calidum dictum, atque ad con-
iunctionem predicti fluminis, sibi concessimus). quamvis terra
infecundissima et segetibus arboribusque, eadem tamen a nobis
tota sibi subiecta credatur, ecclesiarum Dei principe mihi conservante
vitam, in aliis fecundissimis terris eidem predictae ecclesiae
sufficienter concessero. nunc legaliter atque moraliter de omnibus
<hominibus> habitantibus predictos fines, qualiter prefatae ecclesiae
subici debeant, disponamus. volumus igitur atque precepimus
homines equestri ordinis servire atque obedire memoratae ecclesiae,
imperpetuum, sicuti alicui terre dominatori de generatione in ge-neracionem,
de gente in gentem; villanarum autem gentes tributa
atque vectigalia et angarias sibi atque expeditiones, ut eptere gentes
sui domini, persolbant, aut in servitutem eidem, licet hoc non naturam
sed virtutem peccati accidit, subiciantur. nam Deus dum
preest angelis, angeli quoque hominibus, homo etiam, Deo per-mitte,
homini. quid plus? omnia predictae ecclesiae, et nostro
imperio constructe, que supra diximus, concedimus adque adfir-mamus
et alibi et hic, sicut in ac subposita figura declaratur, imperpetuum.[Page 159]

Supradictum vero monasterium, cum omni dote et possessione

sua, optulit idem rex ac perpetuo iure subdidit in venerabili monasterio Christi martiris Vincencii per hoc sequenti precepto, quod ita scriptum est.[Page 160]

In nomine sancte et individue Trinitatis. Desiderius divina ordinante providencia imperator. Notum sit omnibus fidelibus quia Deo nos inspirante, construximus monasterium Beati Petri apostoli in valle tritensi, cui dotem et possessionem legaliter concessimus quicquid etiam per alpes et colles, que habentur inter Tritensem et Pinnensem divisionem, fere usque ad montem Sigilla,[Page 161]

et a boreali parte, a meridiana vero ac australi parte quicquid habetur intra Furcunensem comitatum et fluvium Calidum, atque ad coniunctionem fluminis Piscarie, et quomodo decurrit ipsa Piscaria usque ad predictos fines. Hec omnia iam prefata, monasterium scilicet cum suis finibus prenomatis; donamus atque concedimus in monasterio Beati Vincencii levite et martiris Christi, quod constructum est in finibus Samnie, super Vulturum fluminis fontem, ubi dominus Taso abbas regimen tenete videtur, in ea videlicet ratione, ut a modo et semper sibi suisque successoribus huiusmodi donacionis atque concessionis firma et stabilis in perpetuum perseveret, ut a nullis potestatibus vel a nostris uxoribus ad pars iam dicti monasterii aliquando contradicatur. Si quis autem huius nostri precepti institutionem et confirmationem, aliquando infringere temptaverit, sciat se compositurum auri optimi libras mille, medietatem camere nostre et medietatem predicatorum monasterio Sancti Vincencii levite et martiris. Posquam vero vir beatus Taso sancte Congregationis gregem undecim rexit annis, felici excessu, fratrum vestigia sequens, migravit ad Christum .III. idus decembris. sed et Petronax, peractis in monasterio Beati Benedicte annis xxxa duobus, ab hac luce decessit. Horum itaque beatorum patrum, ut per annos singulos commemoratio ageretur, iam quidem a sancto Tasone, venerabilis Petrus, qui eorum vitam scripserat, ut insereret, preceptum acceperat,[Page 162]

quod et nos presentibus ac futuris quam maxime commendamus, ut quos in hoc loco duces ac principes nostri ordinis a Deo accepimus, illos fideliter sequendo, tam eorum, meritis et precibus quam et omnium sanctorum a Domino protegi, et in celesti regno illis sociari mereamur, quos feliciter confidimus regnare cum Christo. ATO, abbas Sancti Vincencii. iste construxit in eodem monasterio ecclesiam Sancti Petri apostoli et preceptum accepit a Gysulfo duce minore, de ecclesia Sancte Marie in Loco Sano, cuius textus iste habetur.[Page 163]

IN nomine Domini Dei eterni. Concessimus nos dominus vir gloriosus Gysulfus, summus dux Beneventi Longobardorum gentis, in venerabili monasterio Sancti Vincencii martiris, quod situm est in finibus Samnie territorio Beneventano, super fontem Vulturum fluminis, ubi vir venerabilis Ato regimen tenere videtur, ecclesiam Sancte Dei genitricis Marie in Loco Sano, cum omnibus suis pertinentiis, qualiter a domna Theoderada constitutum est, cum omnibus finibus superius vel inferius, terris, montibus vallibus, planiciebus, silvis, pratis, pascuis, campis, vineis, aquis, aquarum decursibus, ripis, molendinis, piscacionibus, casalibus, servis et ancillis, ecclesiis, videlicet: Bocazano ecclesia Sancte Marie, ecclesia Sancti Potiti; in Felecta ecclesia Sancti Felicis, ecclesia Sancti Martini; in Pesano ecclesia Sancti Andree, et cum omnibus que dici aut nominari possunt. Concedimus etiam ut illi homines, qui super terram ipsius ecclesie ordinati fuerint ad laborandum, nullum[Page 164]

publicum servitium facere alicui nisi eidem sacro monasterio; concedimus quoque et confirmamus eidem sacro loco, ut pars eius habeat licentiam facere molendina in fluvio Calore et in fluvio Fretona. et infra nos fines, qui circumdant res eius, inde incipiente ad ipsum Isticare, et descendente ab ipso Fluvio Calore, et eodem fluvio Calore descendente usque in Vadu latu, et ipsum vualdum super Fluvium calore, et alias res ibi coniunctas superius vel inferius, omnia vero in predicta ecclesia Sancte marie concessa cum ipsa ecclesia sub iurisdicione monasterii Sancti Vincencii martiris subicimus perpetuis permanenda temporibus, absque ullius molestia vel contradiccione, et tibi iam dicto Atoni abbati venerabili atque

successoribus venris, <ut> securiter habere et possedere valeatis in perpetuum.

Aliud quoque preceptum accepit ab eodem duce de ecclesia Sancte Columbe, iuxta civitatem Soranam, hiusmodi.

IN nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Concessimus mos domnus vir gloriosus Gysolfus, summus dux Longobardorum, in monasterio Sancti Vincencii, quod situm est in territorio beneventano, super fontem Vulturni fluminis, ubi vir venerabilis Ato regimen tenere videtur, ecclesiam Sancte Colombe, iuxta civitatem Soranam, cum omnibus que ei iure habendi concessimus, servis videlicet et ancillis, terris fertilibus vel sterilibus prope vel longe inclitis hereditatibus, in vallibus bel montibus,[Page 165]

sicut decernimus ab ipsa ecclesia, per ipsum fossatum unde descendit rivus qui dicitur Acernus, qualiter constat usque ubi oritur in montem qui dicitur Uranus, et inde reflectitur per furcam eiusdem montis, et sic descendit ab eodem monte usque in fluvium Viride, descendente iuxta eandem civitatem Soranam, item ab alio latere qualiter dividitur per collem Sancti Pancracii, cella eiusdem monasterii Sancti Vincencii, et inde vadit in collem Sancti Marciani ab ipsa ecclesia S. Iuste, et per aliam ecclesiam S. Iuste, et predictam ecclesiam Sancti Marciani, et inde in Aquario, et terra quam subiecimus eidem ecclesie Sancte Columbe, et per ipsa Arcora in viam antiquam, indeque redit in flumen Viride cum ipso Acerno; (simulque cellam Sancti Iuliani de Vico Albo, per sibi pertinentes fines: ab una parte rivus qui pergit per valle de Castanieto, ab alia parte rivus qui dicitur de Malafide, ab alio capite via publica, que venit ad Sanctam Mariam, et ab alio capite rivus qui venit ad fontem Vitula; curtem Sancti Casti et Sancte Marie, que sunt ad Sanctum Georgium: fine fonte Caruli, et fine valle de Vicu quomodo in Rosanisco vadit, et Sanctum Mauurum de Anglone, cum pertinentiis suis simulque campum qui dicitur Borrani, qui habet finis: ab una parte terra Richardi, ab alia parte via publica, a tertia parte fine terra Adelberti, qui Sabinianus vocatur, quarta pars fine terra Sancti Angeli de Barregio; in Valle que dicitur Sorana ecclesiam Sancti Stephani cum omnibus[Page 166]

suis pertinentiis). Hec omnia concedimus et confirmamus in predicto monasterio Sancti Vincencii ad possidendum in integrum, absque alicuius contradiccione, vobis vestrisque successoribus perpetuis temporibus.

Et quoniam his temporibus Roma a Longobardis obsidebatur, predictum venerabilem virum Atonem et Optatum abbatem Beati Benedicti, qui post Petronacem successerat, Stephanus papa secundus, pro necessariis rebus Sedis apostolice, sibi familiarissimos habebat. quibus temporibus ab eodem summo pontifice apostolice Sedis huiusmodi privilegium accepit idem venerabilis abbas Ato, pro sui monasterii munimine, vel sibi subiectis terris, cellis et castellis. STEPHANUS (episcopus servus servorum Dei), Atoni (venerabili abbati monasterii Christi martiris Vincencii, super fontem Vulturni fluminis constituti, partibus Samnie, territorio Beneventano,[Page 167]

et per te in eodem venerabili monasterio tuis successoribus regulariter promovendis in perpetuum. Cum magna nobis sollicitudine cura insistit pro universis Dei ecclesiis ac piis locis vigilandum, ne aliquam necessitatis iacturam sustineant, sed magis propria utilitate stipendia consequantur. Ideo convenit nos pastoralis tota mentis integritate procurare et sedule eorum utilitati subsidia conferre, ut Deo nostro omnipotenti id quod pro eius sanctimoniis honore etiam ad laudem atque gloriam eius divine maiestatis venerabilium nostrum est contulisse locis, sitque acceptabile nobis que ad eius locum plenissima misericordia dignum huiusmodi pii operis in sydere eius conferatur arcibus remunerationem. Igitur quia petistis a nobis, quatenus monasterium Beati Vincencii martiris, situm supra fluvium Vulturnum, territorio Beneventano, partibus Samnie, una cum suis pertinentiis et monasterii: videlicet venerabile monasterium Beati Petri apostoli, situm iuxta fluvium Sabbati, territorio iam dicto Beneventano; sed et monasterium Sancte Dei genitricis Marie, que vocatur Loco Sano; item monasterium Salvatoris domini nostri Iesu Christi,[Page 168]

quod positum est in Aliphe; nec non et monasterium in honore sancte Marie, edificatum videlicet in territorio Marsicano, loco Apinianici; porro monasterium) Sancti Petri apostoli in valle Tritense; etiam (aliud monasterium Sancte Dei genitricis Marie,

positum in territorio Pinnense, in loco qui dicitur Musano; necnon et monasterium aliud constructum in honore sancte Dei genitricis Marie, in loco qui vocatur Duas Basilicas; item et alia cella Sancte Marie in Duas Basilicas, eciam una cum aliis monasteriis et cellis, cum casis et massis, casalibus, cum servis et ancillis utriusque sexus ibidem residentibus vel cuni omnia et in omnibus suis pertinentiis tibi tuisque successoribus abbatibus, qui ibidem in tempore fuerint, sub iurisdicione sancte nostre, cui Deo auctore deservimus, Ecclesie concedimus detinendum, ut nullius alterius ecclesie iurisdicionibus submittatur. Pro qua re, piis desideriis faventes, hac nostra auctoritate quod exposcitis mancipamus, et ideo concedimus vobis vestrisque successoribus abbatibus licenciam apostolice Sedis nostre, ut quamlibet cristianitatem indigentibus in prefato venerabili monasterio qualis episcopus ad invitandam ire volueritis habendi potestatem omnimodo concedimus ad ecclesias consecrandas, eciam similiter ordinacionem de subdiaconibus et diaconibus per tempora faciendum, et omnem gradum ecclesiasticum ibidem in tempore adimplendum. Protestamus eciam ut nullus episcopus exinde debeat subdiaconem ad suum synodum provocare, nisi sua fuerit propria voluntas, aut abbatem vel monachum nullo modo iudicare vel excommunicare. Volumus eciam et apostolicam iniungimus auctoritatem vobis vestrisque[Page 169]

successoribus abbatibus, qui ibidem in tempore preordinati fuerint, ut sacerdotes vel clerici si venerint ad habitandum, aut in conversacione fratrum, sive monachicum suscipiendi habitum se contulerint, statim recipiendi; chrisma vero et firmatam a quali episcopo- vobis voluntas fuerit impetrandi liceat semper, et secundum, ut diximus, sub apostolica nostra potestate, et omnem cuiuslibet ecclesie sacerdotem in prefato venerabili monasterio dicionem quamlibet habere ac auctoritatem preter Sedem apostolicam prohibemus, ita ut nisi ab abbate monasteri fuerit invitatus nec missarum ibidem solempnitates quispiam celebrare presumat. Statuentes apostolica insuper censura sub divini iudicii protestacione, sed et validis atque atrocioribus anathematis interdiccionibus, ut nullus unquam presumat quispiam alius cuiuscumque dignitatis preditus potestate vel in eodem venerabili monasterio vel eius causis incumbere, aut de rebus et possessionibus vel ecclesiis subiectis, vel quicquid de his, que exinde inesse videtur quoquomodo auferre aut alienare, sed nec quamlibet maliciam aut iacture molestiam ibidem inferre, dum prefatum perenniter, ut dictum est, monasterium firma stabilitate decernimus sub iurisdicione sancte Ecclesie nostre permanendum. Promulgantes nempe, et hoc auctoritate beatorum apostolorum principis, coram Deo et eius terribili examine futuro, per huius nostri apostolici privilegii atque constitutis sancimus atque decernimus, ut diversorum possessiones locorum, que a regibus vel ducibus sive castaldeis et universis Christianis in eodem sancto loco largita atque oblata sunt, aut in postmodum illic concessa fuerint, firma stabilitate iure ipsius prefati venerabilis monasterii existenda atque in perpetuum permanenda statuimus. Nec licencia sit, ut dictum est, ex eius vel omnibus eiusdem monasterii pertinentiis cuiquam molestiam inferre, vel sibi donata auferre a prefato,[Page 170]

iuxta id quod subiectum isdem venerabilibus locis apostolicis institutis atque privilegiis consistit inconcussa permaneant. Et liceat eosdem monachos de sua congregacione abbatem semper eligere, et liceat ipsum abbatem suos qui fuerint iudicare monachos, non solum virile monasterium sed eciam muliebre sibi subiectum. Si quis autem, quod non optamus, nefario ausu presumpserit, hec que a nobis ad laudem Dei pro stabilitate predicti venerabilis monasterii statuta sunt refragare, aut in quoquam transilire voluerit, anathematis vinculo innodatus et cum diabolo et eius atrocissimis atque luda traditore domini nostri Iesu Christi eterno incendio concremandus deputetur. At vero qui pio intuitu observator in omnibus extiterit custodiens nostri apostolici constituti ad cultum Dei respicientem, benedictionis gratiam a misericordissimo domino Deo nostro multipliciter consequatur, et vite eterne particeps effici mereatur. Scriptum per manus Benedicti scriniarii sancte Romane Ecclesie, in mense julio, indiccione quinta, in sacratissima sede beati Petri apostoli) tercio (anno pontificatus domni) Stephani secundi pape.

BENE VALETE.

Hoc siquidem tempore christianissimus princeps Arichis in territorio Alyphano ecclesias construxerat in honorem, Domini Salvatoris, et monasterium puellare instituit, atque dicioni sanctissimi

Vincencii martyris subdidit. consumatis autem venerabilis
Ato in sancto regimine annis xxi, obiit septimo kalendas ianuarii,
indicione anno incarnationis dominice septingentesimo, sexagesimo.
et post Optatum, qui annis prefuerat **, Casinense[Page 171]

cenobium Hermeris suscepit regendum, quo post
annum defunto, Gracianus succedit.
HERMEPERTUS, abbas Sancti Vincencii, prefuit
Sacro cenobio annis .lIII., mensibus .II.,
diebus .XXVI., obiit .XI. kalendas aprilis, anno
Domini .DCCLXIII., indicione .II. et in monasterio
Beati Benedicti graciano post annos .lIIIor
obuente, Tomichis eligitur. Et hoc post sex
annis mortuo, Poto preficitur.
IOHANNES <primus> abbas Sancti Vincencii.
Hic preceptum accepit a Gysulfo duce minore
continentem ita.

<DE SORA>

IN nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Concesssimus
nos dominus vir gloriosus Gysulfus, summus dux gentis
Langobardorum, in monasterio Sancti Vincencii levite et martiris
Christi, ubi dominus Iohannes abbas preesse videtur, in territorio
Beneventano, ecclesiam Sancti marci, quam edificavit Toto presbiter[Page 172]

et monachus in territorio Sorano in ipso colle que, post
suum obitum, causa eius, in nostro palacio remansit, cum omnibus
rebus et possessionibus et pertinentiis suis, quas habet fines predicto
colle cum terra ubi predicta ecclesia edificata est: ab una parte rivio
unde per tempus aqua decurrit, secunda parte rivio qui nominatur
Acerno, et terra ubi edificatum est monasterium Sancte Columbe, subiecta
predicto monasterio Sancti Vincencii et via, da tertia parte in
Aquario predicti monasterii, et coniungit se in iam dicta via, quarta
parte riagine et terra fine Sancta Iusta; quam et concedimus in iam
dicto monasterio ecclesiam Sancti Salvatoris in predicto territorio loco
Toro, et ecclesiam Sancti Archangeli, cum omnibus rebus, terris, montibus,
aquis, pascuis, pertinentes ad ipsas ecclesias, quatenus habeat
et possideat pars iam dicti monasterii Sancti Vincencii, ut de hac
nostra concessione quemquam hominum numquam habeat aliquam
questionem, sed perpetuis temporibus secure valeat possidere.[Page 173]

Desiit vero a regimine idem abbas Iohannes xv. kalendas
augusti, expletis annis .XIII. mensibus tribus, diebus xxv., sed
et apud Casinum Poto annis septem exactis, Theodemar substituitur
abbas, anno Domini DCCLXXVII., indicione prima
Hoc tempore Carlomagnus, filius Pipini, invitatus ab Adriano
papa, propter Desiderium regem, super Papiam venit, hic beato
Petro preceptum genitoris sui, sacramento terribili, cum suis magnatibus
et Elio Pipino confirmavit.

Hic vero dicendum qualiter Francorum regnum institutum sit,
vel unde ipsius origo gentis fuerit. et quoniam in principio libri
huius, compendii gracia, aliqua nos in posterum distulisse reminiscimur,
que addenda sunt competenti loco inferimus. regnum
enim Francorum a viris tantum christiane fidei religione pollentibus,
Pipino videlicet ac Carolo, cepimus, sed horum prime propagatio
originis unde processerit alius repetamus, eo quod aliquid
necessarium scire cupientibus ibidem inveniatur.
Vastitas totius orbis ab historiographis in tres partes dividitur,
id est Asia, Europa, Africa. in Asia ergo situm est quoddam
oppidum Troianorum, ubi civitas, que Iulium dicta est, posita fuit;
ibi prefuit dux Eneas. gens illa nimis valida in certaminibus,
semper inquieta et sibi finitima debellantes. surrexerunt autem
reges Grecorum adversus Eneam et gentem illam, et reges Troianorum
cum exercitu magno pugnaverunt invicem, et facta est ab
utrisque cedes magna. fugiit Eneas et recondidit se in Ilium[Page 174]

civitate, contra quam bellum firmatum, obsessa et aggravata est
per annos decem. tandem capta et subacta civitate, Eneas cum
ceteris viris fugiit in Italiam, ut ibi cum suis protegeretur aliqui
vero de principibus eius, Priamus et Antenor, sociatis sibi decem
milibus, fugerunt cum navibus et, per ripas Tanay fluminis
ac Meotides paludes ascendentes, terminos Pannonie expugnaverunt,
ubi ceperunt edificare civitatem, quam vocaverunt Sicambriam,
et ibi habitantes annis multis creverunt in gentem magnam.
preterea post longo sequenti tempore, regnante apud Romanos
Valentiniano imperatore, gens atrocissima Alanorum rebellavit contra

predictum. imperatorem. tunc imperator, commoto exercitu, direxerunt aciem contra eos, quos superavit, attrivit ac debellavit; at illi fugientes, inter predictas paludes se munientes receperunt. imperator ergo, eos capere volens nec valens, ait exercitibus suis. ut quecumque gens istos cicere ex palude potuisset, esset immunis a tributis et exactione imperiali annis decem tunc congregati simul hii qui fuerint eiecti de civitate Troiani, fecerunt insidias ex adverso, et ingressi in Meotidas paludes cum reliquo exercitu Romanorum, predictos Alanos percusserunt in ore gladii. tunc, pro hac victoria, appellavit eos Valentinianus imperator, lingua artica, Francos, quod latino sermone intelliguntur feri, idest ferociter exardescentes. transactis decem annis, misit imperator exactores cum Primario duce de Romano senatu, ut reciperent pretermissa tributa a populo Francorum. illi vero insurgentes[Page 175]

super eos, omnes pariter occiderunt. hoc audiens imperator, movit exercitum contra eos et, facta ab utrisque pugna valida, hinc et inde multi corruerunt, ad ultimum Franci, terga dantes, omnes fugerunt, occiso duce illorum qui dicebatur Priamus. tunc ergo, egressi a Sicambria, venerunt in extremis partibus Reni fluminis in oppidis Germanie, ibique habitaverunt cum principibus suis, Marchomire Elio Priami et Sinnone filio Antenor. tunc defuncto Sinnone, consilium habentes cum Marchomire, constituerunt sibi regem Pharamundum, filium ipsius Marchomiris, et cum rege pariter ceperunt habere et legem. mortuo Karamundo, Clodium filium eius sibi Franci regem fecerunt. quo defuncto, Meroveus in re-gnum substituitur, cui suc'kcedit filius ipsius Childericus (s). ~ et hic, annis _xxIIjinOr~ m- segnum exactis. Clodoveum regni heredem reliquit hic baptizatus est a sancto ReMigio (7),1 CUM Gotllis pugnavit et victor extitit (1). ' a transitu sancti Martini usque ad morteni Clodovei regis fucrunt anni mi. (9). post inortem Clodovei regis quatuor filii eius, Theodericus, Clodomiris, Childebertus et Glotharius, regnura inter se equaliter - divisertint (10. ex quibus duo, Childebertus et Glotharius, Ifispanias'c-iini ; exercitti magno expugnare aggrediuntur. ubi plurinia devistantes, innunier,ibilem populuni peremerunt. tune Cesaraugustanam civitatem circumdantes, obsidesunt. populus autem, qui ibi obsessus tenebatur, indutus cilicus, asperso capite cinere, in inagna huniffitate ad Deum conversi, assummentes beati Vincencii inartyris dalmaticani, tocius civitatis muros psallendo circuibant (-). mulieres vero, induto nigris palleis, 1 dissolutis crinibus, cum ingenti luctu sequebantur, ut in illis eciam Ninivitarum penitencia celebraretur[Page 176]

quod predicti reges aspicientes, putabant eos aliquod maleficii exercere periculum. quendam itaque rusticum evadere cupientem comprehenderunt et quid hoc esset, quod agebatur, interrogaverunt, quibus ille respondit: " Dum, vestri timoris causa, Deum sibi adiutorem populus iste querit, preciosi martyris Vincencii suffragia, qui in hac urbe olim diaconii arcem, sub presule Valerio, tenuerat, pariter exorantes, eius dalmati eam circumferunt cum ymnis et laudibus, ut eius precibus illos tueatur omnipotens Dominus ". tunc rex, misericordia motus, eumdem rusticum misit et, ut predictae civitatis episcopum cum fiducia ad se vocaret, precepit. cuius nuncii verba episcopus audiens, cum magnis muneribus, ad illum egreditur, a quo cum suis omnibus benigne susceptus est. postulatus a predicto rege, ut sibi beati Vincencii martyris reliquias largirentur, stolam illius, vix consencientibus civibus, contulit eique ut potuerunt grata obsequia prebuerunt. quibus acceptis, a predictae civitatis obsidione recesse runt, reliquias sibi terrarum partes subicientes, victores existere meruerunt. regressus igitur Childebertus ab Hispaniis, Parisium venit, ibique ecclesiam in honore Christi martyris Vincencii mox edificavit. nec diu demoratus febre corripitur, ultimo fine deficiens, in eadem ecclesia sepultus est. cuius regnum et thesauros Chlotharius rex accepit, quo mortuo, post annos regni sui quinquaginta, Chilpericus filius eius in regnum succedit et isto decedente, Chlothario parvulo Franci sedem regni dederunt. quo mortuo, cum per annos quadraginta quatuor regnum. tenuisset, Dagobertus filius eius regnum accepit. et isto XXXa. Illor annos regni iura moderante, Clodoveum filium eius regem statuerunt. et isto post annos sedecim defuncto, Chlotharium seniore cum matre regnaturum[Page 177]

regem statuunt. et isto decidente post annos quatuor, Theodericus frater eius rex Francorum factus est. huic quoque Childericus succedit, || super quem Franci cum insidiis surrexerunt,

eumque occiderunt. post quem Theodericus et Hebroinus reges fuerunt, quem Hebroinum idem Franci similiter occiderunt, et inde maiores domum palatii habuerunt usque ad Pipinum seniore[m] et eius filios, qui omnibus fuerunt meliores.

VITA VEL OBITU[S] DOMNI AUTHPERTI VENERABILIS ABBATIS.

Que vero de sanctissimo abbate Authperto sequuntur, opere precium reor aliquantulum prolixius enarrare. equidem non ambigo me meritis ipsius apud Deum posse iuari, cuius originem, actus, vel adventum in hoc sacro cenobio Christi levite Vincencii partim vetus scriptura tradidit, partim vero, sicut venerabilium patrum fida relatione didici, pariter comprehendens et ad laudem Dei nostri omnipotentis scribens, posteri[s] perfectionem recte religionis ac exemplum proferimus per-severancie iusti laboris pro Dei amore decertantibus in sacri cenobii institutis, ut quicumque aspiciens huius conte[m]pletur[Page 178]

nobilitatem, seque quantocius a seculi convertat vanitate, huius adtendens prudenciam et caritatem avidius Christi sectetur hu-militatem, et eo magis si seculi divicias alacriter studuit calcare, de sibi promissa in celis a Domino gaudeat felicitate. si pauper vero propriam abrenuncians voluntatem, sub iugo sancte regule Deo se professus est militare, noverit se iam de crastino non debere cogitare, sed meminerit quoniam et humiles spiritu Do-minus dignabitur salvare. hic quidem sanctissimus pater Galliarum provinciis oriundus parentibus admodum Christi religione et seculi dignitate clarissimis, ut luciferi solis radius Christi bonitate conspicuus enituit. qui nimirum cum puellares ageret annos, litterarum studiis traditus, totis viribus innocenter Christi mandata custodiens, tam divine quam mundane philosophie verus Christi philosophus efficaciam adeptus est. post quod in regali aula dive memorie Caroli imperatoris assumptus, cum a cunctis dili-geretur, maximeque ab eodem imperatore Carolo, sive eius genitore pio Pipino, cepit eiusdem imperatoris magister et institutor esse prudentissimus, ipsiusque imperialis aule archicancellarius supra ceteros haberi strenuissimus, et cum a cunctis veneraretur atque attolleretur sibi iure dignis laudibus precipuisque obsequiis, tamen ille pii pectoris simplicitatem et pure caritatis sinceritatem custodiebat adtencius. sed cum his temporibus monasterium Beati martyris Vincencii super Vulturni fluminis fontem a sanctis patribus Paldone, Tatone et Tasone esset constructum, magnaue ibi sanctorum Deo famulancium congregacio permaneret, que precipuis[Page 179]

pene tunc, temporis Italie monasteriis preferretur, factum est, ut eorum sancte religionis opinio longe lateque fraglans, eciam ipsius clementissimi imperatoris Caroli perveniret ad aures. qui ductus divino amore, precipueque suasus ab eodem suo venerabili magistro et archicancellario Authperto, primitus quidem huius opinionis veritatem explorare voluit, misso ad eundem monasterium suo apocrisario. dehinc magna stipatus caterva potentum Romam veniens, ad primi principis Petri limina oraturus et, ut ecclesiarum, populi et patrie excidium ulcisceretur, peractis necessariis rebus, cum maxima multi[tu]dine tam religiosorum episcoporum vel abbatum quam sequencium comitum ac marchionum, ad eiusdem dignatus est accedere monasterium. ubi qualiter dignissime a sanctis patribus susceptus, quamque ipse ibidem humiliter sit ingressus, in libro vite eorum plenius continetur, quod ex precepto domni Tasonis abbatis a venerabili Petro presbitero et monacho sacri cenobii satis lucide || descriptum est.

At cum idem serenissimus imperator post dona magnifica, que ibidem contulerat, postquam firmatis regali precepto longe lateque possessionibus, sanctorum patrum vestigiis prostratus, illorum se diucius oracionibus commendans, sumptis benediccionibus, festinanter vellet reverti vir Domini Auhtpertus contemplatus pie conversacionis exempla in sanctis patribus, admodum mirabatur, iamque eius animus his se similem fieri delectabatur.

Hoc denique evoluto tempore, Carolus imperator Beneventum[Page 180]

aggressus diutina obsidione cives vexabat, sed ei ad capiendum omnino urbs difficilis erat. interea Arichis ipsius civitatis princeps, pia consideracione civium saluti consulens, datis obsidibus duobus liberis, cum eo paciscitur. inde rediens, imperator Beati Benedicti monasterium peccit, oracionibus servorum Dei se

commendans, plurima ibi dona largitus est et imperiali precepto queque possederant confirmavit, adiungens et alia multa. ad monasterium quoque Christi martyris Vincencii, datis ex parte sua magnis muneribus, tam venerabilem virum Authpertum quam et magnificum Alchuinum, imerialis eque aule magistrum, reverenter transmisit, qui sua pia vota fideliter Dei servis deferrent. tunc ergo venerabilis Dei famulus Authpertus, ductus amore sancte religionis, imperialibus vestigiis semetipsum prosternens, orat se iam Deo militaturum, relictis, mundanis tumultibus, in Beati Vincencii monasterio usque ad finem vite libentissime persistere velle, ac pro ipsius imperatoris salute Deo se donari poposcit. quod imperator audiens, multis effusis lacrimis pro devocione viri, licet magnis eius videretur destitui subsidiis, tamen postulatus a multis annuit impetratis. Huius exemplo plurimi ex aula regia milicie cingulum deponentes, in sancto proposito religionis ei adhererunt, et omnia que habere videbantur, || ac si non visa, pro Dei amore penitus dimiserunt. sancte igitur religionis habitum vir Dei indutus, omnibus se inferiorem ita intimo credebat sui coridis affectu, ut nil omnino scire vellet, preter que ab abbate dabantur quotidiani victus necessaria,[Page 181]

que quidem et ipsa ceteris parcius sumere videbatur. et cum esset in aula regia admodum delicatus, ita seipsum divinis mancipabat obsequiis, ut nulla illi hora vacua preteriret, qua vel insisteret oracioni, vel in leccione divina eius animus versaretur. denique ut comperimus, plurimos sanctarum scripturarum libros exposuit, nam *L e v i t i c u m* Moysi, *C a n t i c a* Salomonis, *P s a l t e r i i* flores, melliflua suavitate, que in his divina mancant archana sacramentorum, queve uniuscuiusque fidelis disciplina morum, sive Christi observacio mandatorum, suorum edisserens patefecit documento verborum. librum quoque *De conflictu v i c i o r u m*, sed et omelias aliquas evangeliorum pulchra suorum edidit declaratione sermonum. Vitam eciam beatorum patrum Paldonis, Tatonis et Tasonis, cum hystoria sui monasterii plena relacione describens, cunctis in exemplum monachis ita proponit, ut divine munere Trinitatis tam precipue caritatis, quam amice pro Christo paupertatis, tres illos fratres speculum ostendat esse normamque vivendi. testatur hoc eciam venerandus Paulus diaconus in Hystoria, quam de Longobardorum adventu tunc temporis in Italia[m] descripsit, ubi eundem virum eruditissimum Authpertum et eiusdem monasterii abbatem fuisse commendat.[Page 182]

Fertur preterea, quia cum quadam die idem felicissinius pater Authpertus in ecclesia Beate Dei genitricis Marie prolixè Domino preces funderet, et eandem Dei genitricem sedulo interpellaret oratu, ut sibi lingue dissertitudo largiretur; fuerat quippe aliquantulum impeditioris lingue; tunc subito soporatus ante sacrum altare adesse sibi conspicit in visione beatissimam et gloriosissimam mundi dominam perpetuam virginem Mariam, leta facie et ultra solis splendore rutilantem: que quasi annuens deprecanti tetigit labia eius, eumque de pavimento surgere iubens, deinceps sue laudis vota persolvere ac preconia attollere, ut ipse iam desideraverat, monet: seque illi semper presentem adesse promisit. letus ergo de visione surgens, que fuerat iussus ore facundo cepit persolvere laudes et carmina digna reddebat alacri corde. Hic pater sanctus cum in eodem venerabili monasterio preciosi martyris Christi Vincencii per plures annos Domino deserviret, iamque cunctis in exemplum foret recte vivendi, defuncto eiusdem sancte congregacionis venerabili abbate Iohanne, licet invitatus ac renitens, sacri regyminis locum post sanctum Paldonem septimus ipse suscepit. namque ex tunc suscepti gregis curam ita digne agere satagebat, ut cunctis aperto celestis regis thesauro veras divicias mundanis opibus preferendas fidei devocione agilius capere, non solum sermonibus, sed eciam sibi subiectis suis doceret moribus, et forma fieret gregi, sicut beatus docet Apostolus.. hic namque a digne memorie Carolo imperatore inclitum sui monasterii preceptum optinuit huiusmodi.[Page 183]

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Carolus divina ordinante clemencia Romanorum imperator Augustus. Cum petitionibus sacerdotum et servorum Dei, que ad nostris auribus insinuerint, adnuimus, et eas cum Dei auxilio ad effectum perducimus, non solum regiam consuetudinem exercemus, sed eciam tam ad presentis vite prosperitatem quam ad future beatitudinem non minimi emolumenti addimus. Iccirco notum sit

omnibus) (fidelibus sancte Dei Ecclesie et nostris presentibus scilicet ac futuris, quia vir venerabilis Auhtpertus, orator noster,[Page 184]

abbas videlicet Beati Vincencii levite et martyris Christi, quod situm est in territorio Beneventano super fluvium Vulturnum, a nobis illuc destinato, nostram exoravit: clemenciam, ut precepta regum ac ducum Longobardorum, Aystulfi videlicet, Desiderii atque Gysulfi, nostre confirmationis precepto confirmaremus, adiungentes illi quicquid nobis aptum et Congruum esse videretur. Cuius petitioni, propter amorem domini nostri Ihesu Christi et propter animarumstrarum remedio, iuxta quod rogaverat, predicta precepta, scripciones vel offerciones concedimus et confirmamus), declarantes ipsas hereditates nominative infra hos fines: (de ipsa Zittula quomodo ascendit per ipsum Sangrum usque ad montem Malum, et quomodo coniungit cum monte Acze) (et revolvente eodem monte Acze usque in fluvio Melfa, et quemadmodum decurrit ipsa Melfa usque ubi coniungit cum parvo fluvio qui dicitur Mellarinus et abhinc in verticem montis qui est super urbem et mons ipse a montis appellatur Barbola, et super cilium eiusdem montis usque in montem Archanum, et montem Marthe, montemque Casale, eosque videlicet montes extrinsecus circumdantes in ortum usque riaginis que nominatur Ravennola), et quemadmodum decurrit ipsa Ravennola usque in fluvio Vulturno, (et quomodo Vulturnus coniungit cum fluvio Vantra, et sicut Vantra coniungit cum fluvio Foruli, et quomodo Forulus percurrit usque in viam antiquam et inde coniungit cum rivio qui nominatur Gyzoli, et inde vadit in rivio in quo non semper aqua decurrit, et sic vadit usque in Sangrum, et omnia castella infra hos fines et villas et silvas[Page 185]

positas, cum ecclesia Beati Petri apostoli posita in loco Trite; ecclesia Sancte Marie in Apinianici; ecclesia Sancte Marie in Duas Basilicas; ecclesia Sancte Marie in Canneto; ecclesia Sancte Marie in Palene; ecclesia Sancte Marie in Quinquemilia, (cum omnibus illorum pertineneiis, ea videlicet ratione; quatenus prenominatus abbas et sui successores de omnia iam prefata tam in hoc precepto quamque in aliis scripcionibus habeant potestatem tenendi, iuxte commutandi, ordinandi, instruendi vel quicquid iustum fuerit faciendi) (et nulli sit deinceps licencia infra predictos fines aliquam contrarietatem seu molestias partibus inferre prefati cenobii per inclitos fines, neque per possessiones parentum seu per aliam quamlibet rationem, excepto per verissimas cartulas, cum quibus se causatores legaliter defendere queant iustasque consignaciones utiliter consignata). (Precipimus preterea prefatum monasterium, cum omnibus prefatis monasteriis, ac cellis, rebus quoque ac familiis ibidem aspicientibus et eum fratribus ac monachis ibidem Deo famulantibus sub nostre tuicionis munburdum omni tempore permanere. Quod si quislibet contra hanc nostram concessionem vel confirmationem insurgere vel molestias inferre temptaverit, sciat se compositurum auri purissimi libras duo milia, medietatem sacro nostro palacio et medietatem eidem venerabili monasterio.) Et ut hec nostra largicio firmiorem optinere vigorem et per curricula annorum inviolabilem atque incommutabilem optineat firmitatem, et a fidelibus sancte Dei Ecclesie credatur et diligencius[Page 186]

conservetur, manu propria subter scripsimus, et anuli nostri impressione signari iussimus.) Signum domni Caroli serenissimi imperatoris. Data .XIIo kalendas maii, .XIIIo indiccione, anno dominice incarnationis DCCLXXoVo. [M].

Aliud quoque preceptum ab eodem imperatore optinuit de ecclesia Sancti Peregrini idem venerabilis abbas Authpertus, cuius est huiusmodi textus.

INESTIMABILIS, summe perfectequ Trinitatis essencia cuncta iura regnorum disponente, carolus Romanus Augustus, imperatorem deferens sceptrum tocius Europe, per Amiternenses Valvensesque partes in locum Septifonte dictum, cum expeditione innumerabili veniens, ibique fessi requievimus, post corporeos apparatus dormitum ivimus. Mens diversisi curis egra ac sollicita, licet caro quiescat, inestimanda cogitando videt, et videndo cogitat. media iam fere nocte, quidam peregrinus per omnia pulcherrimus mihi dormienti[Page 187]

apparuit, totum me illuminans velud visibilis ac materialis sol splendore totum illuminat mundum, qui mihi talia verba profatur: " Tu potens quasi in gloria requiescis, nec curam mei michique fidelium ac memoriam producis ". tali visione tremefactus, surrexi sidens et cogitans quid hoc esse possit. iterum sopore

captus, perterritus quievi. mox quedam arbor, de qua septem fontes videbantur procedere, mundum totum irrigantes, supra me visa est, assistere, inter hec diurna lux crepusculum dabat et cura et visione et sopore mihi depresso, peregrinus perspicuissime lucis lampade plenus Deo ab inferis redeunti duobusque discipulis in fraccione panis cognito, preclaro vultu similis hec verba edidit: " O Carule, mihi in facienda iusticia non modice carus, surgere festina, ad locum quendam hic prope peregrini corpus invenis, cuius animam inter celestes choros pro merito cognoscas valde gaudentem, quapropter beneficia ac miracula patrantur[Page 188]

corpori illius, qui dum vixit satis extitit Deo fidelis ". ilico episcopos ac religiosos clericos vocari precepi, eisque omnia que mihi noctu ostensa sunt ex ordine demonstrans, tandem ad locum corporis peregrini devenimus, statim indigenas ac incolas illius regionis percontari cepimus de vita et gesta illius peregrini. eius sanctitate ac miraculis cognitis, consilia omnium indigenarum ac adve-narum ibi astancium, ecclesia corpori pauperis ad presens fabricatur, cui quingentos eciam modios terre cubitali mensura undique in circuitu, consensu ducum ac principum ommumque equitum necnon hominum iuxta habitancium, dotem firmiter iussi concedi. his ita iuste et pie peractis, ad monasterium Beati Vincencii, prope Vulturum positum, cum mihi privatis perreximus, illic triduo et oracionem fratrum religiosissimorum fere quingentorum et proficuum ecclesie eorum permansimus, a quibus probe et honeste percontatus de fama et dote beati peregrini, congruo ac pacifico sermone respondi. perspicui ac religiosi monachi unanimiter terram datam. peregrino dixerunt omnino, esse Beati Vincencii. tunc, monitu omnium monachorum ac proborum hominum, cartulam de predicta dote nominate ecclesie pretitulari precepi, omnibusque videntibus super altare venerabilis Vincencii manu mea propria posui, penamque ducentarum auri librarum auferenti, voce omnium affirmancium, eam indixi. precepta quoque omnia legalia habita vel habenda in eadem ecclesia et regibus et ducibus aliisque sublimibus potestatibus, tam clericali quam laycali ordine, volumus confirmari ac roborari, quippe conventus tantorum sanctorum virorum ut ecclesi Sanctissimi Vincencii a nemine laycorum iudicetur conturbari vel eorum bona minui. et in hoc, si quis lesor inventus fuerit, primo sua sponte emendet, si tardaverit, dupplicet emendacionem, si ex toto rennuerit, nostro iudicio aliorumque regum Christi Ecclesiarn defendencium capitalem sibi sumat sentenciam. et hoc omnia primitus ad honorem et gloriam omnipotentis Dei eiusque omnium, fidelium, cuius iure et velle omnia consistunt atque reguntur, amore quoque[Page 189]

et commemoracione nostri magistri ac rethoris necnon oratoris domni Authperti venerandi abbatis Beati Vincencii, nostri posterii cognoscant esse peracta. quisque lector huius membrane semper in ea nostrum cognoscat sigillum. Et quia his temporibus imperator Carolus, postquam Papiam ceperat, eciam omnem Italiam sibi subiugaverat, Pipinum filium suum Italie regem constituens, ipse in Franciam regreditur. Pipinus ergo cum esset armis strenuus, fidei devocione et iusticie dileccone Deo amabilis, curam agens sacrarum reipublice et iura ecclesiarum, dum per totam Liguriam atque Emiliam Adriaticas urbes peragrans, in Pinnensem et Apruciensem devenisset comitatum, ex inclita dote et possessione ipsius territorii contulit precepturn monasterio Christi martyr is Vincencii, cuius textus iste habetur.[Page 190]

(In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi.) Pipinus cuncta regum imperatoria moderamina divina celitus preordinante gracia, cui universi orbis potestates subiciuntur, abenas <retinens> Francigene gentis, rector urbis Rome Augustus. Cum innumerabili expedicione per Liguriam atque Emiliam partes ac Adriacas urbes peragrans, in Pinnensem atque Apruciensem deveni terram, ibique de statu ecclesiarum populique iure interrogando, percontatus emendanda emendavi. inter hec fama preclari martyr is Vincencii, et religione et multitudine confratrum, sepe per totam Europam divulgabatur et miribatur, quippe martir carus Deo dupplicis elementi passus penas, quo terra eius corpus venerari pro meritis eiusque anima Dei gloria coronanda. qua de causa, Authpertus eius monasterii abbas, patris mei Caroli liberalibus studiis magister, ad nos quatuor monachos et vita et moribus laudabiles[Page 191]

misit, qui perconsulti nobis fama monasterii, pro magnitudine fame

atque re, pauca sed omnino veridica respondere, optulerunt optutibus nostris precepta regum Longobardorum, Aystulfi videlicet et Desiderii, necnon preceptum pie recordacionis domni genitoris nostri Caroli piissimi Augusti, in quibus continentes precessorum suorum, videlicet reguin et ducum Gysulfi, dux gentis Longobar-dorum et Lioprandi, dux ducatus Spoletini, illi namque suggerentes ac petentes, ut eadem precepta nostre confirmaremus precepcionis confirinacione, tamen regem Desiderium Longobarde gentis extollentes supra ceteros reges Longobardorum dicunt in Valerie partibus ammirabilem sibi concessisse donum, videlicet monasterium in honore beati Petri apostoli, quod Beneventi per somnium sibi revelatum, situm in Tritensi valle cum dotis et prediis sicut in precepto eius continetur. His predictis enim omnibus auditis, eos interrogavimus quid a me tante congregacionis tam preclari martyris vellent, dicentes velle abbatis ac omnium, fratrum fertilis terre Adriatici maris iuxta fines, que de seminibus ac liquoribus, secundum posse atque iusticiam, prenominati martiris monasterio semper in anno aliquid redderent. Gavisus sanctitate loci, dono fidei, prece abbati, et optat(u) omniumque bonorum audiencium, in Pinnensem comitatum, a capite Maoni quomodo descendit in Gomano, et Gomanus descendit in pede Atri, similiter a capite Maoni iuxta radices motitis Cornii, aliisque sibi iunctis, usque ad caput Finis fluvii, et ipse Fine descendit equaliter cum Atri; et in Aprutino comitatu quicquid a rivo Martiliano descendente in Trutinum, et a colle dicto Cisterna, parum superius limite tenso supra ipsum Musianum et Tucianuim, usque ad fluviorum descendentem in Trutinum, quicquid castellorum aut ville aut terre vel fertilis vel sterilis sibi dedimus, et hoc per investituram ecclesie Beate Marie semper virginis, sitam in Arolam, tradidimus in manibus monachorum in perpetuum, per opus et servicium prefati monasterii. Insuper preceptum et bannum[Page 192]

composuimus, si quis vel auferre vel ledere unquam studiose vellet, nostra legali iussione, co[m]positurum sit centurn libras auri optimi, medietatem ecclesie Volturnensi et medietatem Camere nostre. Preterea ymago nostri vultus hac carta semper habeatur in teste. Data IIIlo. idus iunii, anno Christo propicio quarto imperii domni Pipini piissimi Augusti, indiccione Xa Actum in comitatu Apruciense, in Dei nomine, feliciter [M]. (Signum Pipini serenissimi imperatoris).

Arichis quoque Longobardortnn princeps contulit eidem venerabili abbati Authperto, per rogum Radohin monachi eiusdem cenobii, preceptum confirmacionis de Vico qui dicitur ad Sanctum Tammarum, in territorio Capuano, cuius est huiusmodi textus.

In nomine domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. Domnus vir gloriosissimus Arichis, summus dux gentis Longobardorum, in monasterio beati Sacti Vincencii, qualiter vobis Audperti reverendissimo abbati, eo quod suggererit clemencie nostre Radohin monachus ipsius sancti cenobii, qauliter firmaremus in eodem sancto et venerabili loco condomas ipsas, qaus quondam Arnichis filius radichis, pro mercede anime sue, inique contradiderat per cartulas suas, qui commanere videntur intra terras finibus Capuane, nostra quippe potestas considerare Dei omnipotentis misericordiam et anime nostre mercedis quam et ipsius Radohin abaudientes postulacionem. Ideoque per hunc nostrum roboratum preceptum firmavimus in possessionem iam fati monasterii Beati[Page 193]

Vincencii quam et ad cum servientibus ipsas condomas, idest Bancelolus cum germanos suos simul et nepotes cum uxores, noras, filios et filias, necnon, et condomas nomine Ronciolus tam simile cum suos germanos et nepotes cum uxoribus, noras, filios et filias, simul et Merulo quam et lusto consobrinos Roncioli cum suas uxores, filios et filia, his dictis cum omnibus pertinenciis suis, qui habitant in Vico, qui dicitur ad Sanctum Tammarum, idest cum casas intrinsecus, vineis, territoriis, campis, silvis, paludibus, omnia et in omnibus, mobilia et immobilia seseque moventibus quantoque ipsi supradicti ad manum Arichis deservierunt, in ea videlicet racione ut, a modo et deinceps, per hunc nostrum firmissimum pre-ceptum, secundum textum cartule quam Arnechis exinde emisit, in prefato monasterio subiaceant omnes res ipse et a nullo ex nostris iudicibus, idest comitibus, castaldeis vel quisquam, agentibus, habeant aliquam requisicionem aut molestacionem, sed perpetuis temporibus securos et quietos abbates ipsius monasterii valeant possidere prenomيناتas condomas cum omnia eorum pertinencia. Quod vero preceptum firmitatis, ex iussione suprascripti domini

nostri Arichis, vicesimoprimum anno principatus eius, scripsi ego Benenatus, notarius. Actum Benevento, in palacio, mense maio, per indiccionem prima, feliciter.
In hoc tempore, quidam homines Carapellenses, ingeniose subtrahentes se ex servicio et solutione vectigalium, quam semper facere solebant sacro monasterio, superbe resistebant. unde, ex iussione magnifici ducis Hildeprandi, definicio iudicatus facta est per Munaldum episcopum et alios idoneos viros, et illorum audacia devicta atque subacta est, secundum quod hic habetur descriptum.[Page 194]

DE CARAPELLE SCRIPTUM DE VUALDORA

In Christi Dei omnipotentis nomine. Dum ego Dagari, una per iussionem domni Hildeprandi gloriosi et summi ducis ducatus Spoletini, directus fuissim in tritas, finibus Balvenses, propter invasionem, quas singulos homines de carapellas fecerant in vualdo, qui dicitur Robore in castello super Sanctum Laurencium, ubi ecclesia Sancti Cypriani preesse videtur, qui ipse vualdus pertinere dinoscitur ecclesie Sancti Petri in suprascripta Tritas, qui pertinet de suprascripto monasterio Sancti Vincencii; similiter et de terraticas vel alias invasiones, quas alii homines fecerant, hoc est Tribunus, seu et Citulus, Paulus eciam et Alpari cum germanis suis; iterum et de a(c)quarico, idest Teudemari et Sinderadus de terratico, quod subtraxerant, et silva quam invaserant in colle Bonioli, et in plagia Sancti Prancatis; nunc eciam et magistros, hoc est villanos, qui cum mannarias suas soliti fuerunt in suprascripta curte magisterium facere, idest Lupari et Paldulus, Ambrosiolus, vel fratris ipsorum, qui de ipsis subtraxerunt se de suo magisterio, simul et de monte desuper Villa Magna, ad serra, unde singulos homines de Villa Magna terraticum dare consueverant, et dare in prenominata curte nolebant de singula molina, quas aliquanti homines habebant, et exinde pensionem soliti fuerant reddere in ipsa curte, et nunc presenti subtraxerant dandi. propterea nos qui supra Dagari, dum insimul pariter per iussionem domini mei adessemus cum vobis Sinualdo episcopo, et cum Anscauso castaldeo, seu Sintarino ad inquirendum de suprascripta capitula, et iudicium ponendi, qui et de unaquaque causa subtiliter inquisivimus et iudicium posuimus: in primis de carapellenses[Page 195]

saper ipsum suprascriptum locum, ut invaserant, accesserunt ibidem ipse Sinualdus episcopus et Anscausus castaldeus, cognoverunt eo quod ipsi invaserant in atrio Sancti Cypriani, et in castello super Sanctum Laurencium, et per via da Carapelle, deinde per limite desuper Sancto Laurenno, deinde in casale de populo ipso Carapellensi, ubi dum ipsi venissent in nostra presencia, quamquam episcopus cognovisset de eadem invasione, ipsi dicebant: " Nichil invasimus, nisi nostra substancia. Et propter venerunt vualdatores ante nos Rodulu et Albu et Erispus, qui ab antiquis giratores fuerunt, et dixerunt quod suprascripta loca, que cum episcopo giravimus, semper de vualdo fuerunt; et dum minime a sui parte Carapellenses potuissent ostendere ipsas terras eorum fuisse, tunc iudicaberimus ut ipsi vualditores per sacramentum firmarent, et ita factum est, ante nos secuti testimonium reddiderunt. post hec vuadia ipsos Carapellenses dare fecimus Gaidaldo preposito de composicione, de ipsa invasione, et ipsam terram relaxare a parte monasterii, et fideiussores posuerunt Sinualdum episcopum, et de suprascripta alia capitula, ita ante nos omnia a parte factum est. et ipsi homines veritatem sunt professi tam de terratico, quam de pensione de molina, seu de ipsos villanos. et nos qui supra iudices hec omnia veritatem agnoscentes, iudicavimus ut qualem ab antiquo tempore terraticum vel pensionem atque magisterium in ipsa curte Triitana fecerunt, facerent et in antea, absque aliqua superimposita, et ex ea pensione vel terratica eidem Gaidaldo preposito vuadia dare fecimus suprascriptis hominibus ei dandi. unde, pro amputanda intencione, hunc noticie iudicatum, ex iussione suprascripte potestatis et ex dictatu Dagarini notarii, scripsi ego Totimannus notarius, in mense marcio, per indiccionem secunda, feliciter.
Sub his quoque diebus, Tribunus quidam vir Carapellensis optulit se cum quatuor filiis suis in monasterio Beati Vincencii per huiusmodi obligationis scriptum est.[Page 196]

In nomine Domini Regnante domno Carolo viro excellensissimo rege Francorum atque Longobardorum, sed et temporibus domni Hildeprandi gloriosi ducis, et assistente Adone castaldeo, in mense iulio, indiccionem quinta. Ideoque constat me

Tribunus de Carapelle, pro mercede et remedio salutis animarum nostrarum, una cum filiis meis pariter consencientibus, idest Pertulu et Iustinu, Maruzolu et Bibulu, concedimus personas nostras in servicio et defensione de monasterio Sancti Vincencii, ut omnibus diebus vite nostre in ipso sancto et venerabili loco obedientes esse debeamus tam nos quam et heredes nostros, ut de quod abbas, prepositus aut custos ipsius venerabilis loci iuste imperare voluerint, nos obedientes esse debeamus et in eorum defensione permanere debeamus, salva libertate nostra, et hoc spondimus et per superscriptos nos obligamus, ut si nos aut heredes nostros de voluntate aut obediencia de ipso monasterio subtrahere voluerimus, licenciam tribuiinus ut custodes de ipso monasterio habeant licenciam nos destrin-gere et pignorare, donec voluntatem ipsorum adimplere debeamus, ut super diximus, de quod nobis iuste imperare voluerint. Actum in Trite, in atrio Sancti Petri, cella Sancti Vincencii, mense et indiccione suprascripta. Quam veto chartulam offercionis ego Ato notarius, rogatus a Tribuno et filiis ipsius, ipsis presentibus scripsi. Nunc vero ipsos fines declaramus de predictos Carapellas, sicut continentur per precepta et libella, pertinentes monasterio Beatissimi Vincencii martyris. unde in primis quod decernit[Page 197]

hoc iudicatum ipsius; deinde totum ipsum vualdum de Robore, et in castello super Sanctum Laurencium, ubi est ipsa ecclesia Sancti Cypriani, silva in colle Bonioli, et in plaia Sancti Pancratis, et montem super Villa Magna; deinde in ipso Calasio, infra Finile usque in verticem montis, usque in via, usque in Berragine, usque in Petrusia, usque in Macerelonge, usque in valle de Caprile, usque in Petre de Lemelenari, et usque in Petra Vultuira; deinde in Presuto et ipso campo Monacisco, usque in vertice montis, usque in via Antiqua, usque fura Deolaci; sunt hec per mensura modia sexcenta; deinde in Cerretum, in Volumbro, in ipse Fracte, fine Felicule, in Superi et in Limiti, usque furca Ursuli, usque serra de Pomecella, usque via que pergit ad valle Pagana, usque tricalium de Carpeneto, usque maccla de Buti ad ipsum Perum, et per via Antiqua usque Felicula ad ipsum a<c>qu<ar-cum>, usque serra de Turbide, usque Roncillone, et inde ad priorem finem; deinde in Dite, usque ipsum lacum, usque ipsum collem, usque via Plaia et via que pergit ad Petra Cerbiaria; deinde in ipse Ceselonge usque Petra Cerbiaria; deinde iterum in Calaso, usque in valle de Caprili, usque Macerelonge, usque ad Petram Rubeam, usque in via et usque in vertice montis; deinde iterum in Presuto, in ipso campo Monacisco, usque vadu de Tolocce, usque via Antiqua, usque vertice montis; deinde in Luccla, usque Noce, usque Pareti, et usque Serra de ipsa res de Carapelle, subtus vel super, per mensura modiorum mille; deinde usque Turbide, usque Bestubblu, usque Carru Ructu, usque Speluce et usque Bussi.[Page 198]

MIRACULUM SANCTORUM PRO QUO ECCLESIA SANCTE BALBINE EDIFICATA EST IN ABEGE.

Quod a probatissimis patribus fida relacione didicimus, oportunissime <compendioso sermone> hic inserend<um>, censuimus, et hoc celebri fama longe lateque vulgatum, <ad nos quoque olim delatum>, populi ora centenis laudibus sonant. Patres quidam Rome gracia oracionis perrexerant, quibus studium erat continuis precibus semper querere Deum, et limina sacra lustrare luminum mundi, ut sibi et sociis deferrent munera Dei. ergo sue devocionis officiis consumatis, celitus sibi oblatas sanctorum martyrum reliquias <a quibusdam> acceperunt, et preciosis involuta tegminibus sue pastorali pere indiderunt, ac verso itinere huc redire ceperunt, debitum illis sancte servitutis officium per longi spacium itineris sodule exhibentes. at ubi in sue possessionis loca pervenerunt, iuxta fluvium scilicet Calidum, quo inter Balvensem et Furcunensem comitatum divisio esse videtur, sub unius umbra arboris lassi residentes, longi laboris onera bene sibi placita quiete relevabant. tunc sanctorum reliquias in ipsius[Page 199]

ramo arboris collocantes, sobria refeccione ac parvi somni sapore solaciabantur. interea surgentes, dum ceptum iter agere vellent, predictas martyrum reliquias requirentes et assumere volentes, repente in ips<ius> cacumine arboris illas sublevatas esse viderunt. cuius sublimitatem attingere querentes et minitne valentes, celeste factum attentius mirabantur. ingens stupor et ammiracio videbatur et insigne prodigium ad videndum milia populi provocabat. <nitebantur se plerique extendere, ut ea capere possent, sed nemini

illic facilis [erat] accessus>. visum est servis Dei, post laborem prolixo oracionis, Christi martyribus ibidem edificari templum debere, quod multi viri, qui advenerant, audientes, brevi in tempore id perfecerunt, et illis faventibus dedicatum est ab episcopis loci, reconditis ibidem predictis sanctorum reliquiis <preciosis>, et multis muneribus oblati et possessionibus dilatatis, sub huius monasterii patrocinio constituta est eadei ecclesia in honore sancte Balbine virginis. denique, cum quodam tempore pro requirendis rebus monasterii illuc advenissemus, etiam ab incolis loci leto sermone audivimus, ipsis temporibus multa illos ibidem percepisse signa miraculorum, sollempnesque concursus in eadem ecclesia agere vidimus, maxime ad diem dedicacionis ipsius, que actenus agitur die kalendarum iunii mensis. extitit quoque in eodem loco religiosorum habitatio monachorum, ex quibus, nostris temporibus, quidam effulsit clarus nomine Aldo. sed ne hoc alicui possit incredibile estimari, simile vel maius invenitur in passione beati Eustracii, scilicet dum caput sancti Orestis invenire non possent, repente in arboris <conexione>, ad vocem cordi<cis>, illud reppererunt. Pulchre insigne miraculum in eisdem partibus huic simile factum est. mons excelsus et eminens in ipsis vallibus situs est super castrum, quod Gorgianus dicitur, in cuius excelso cacumine[Page 200]

oratorium antiquitus constitutum est in honore preciosi martyris Vincencii. consuetudo autem fuerat servis Dei in predicto loco habitantibus, constitutis diebus, per annos singulos, cum magna devocione, hoc sancte congregacionis visitare cenobium. erat enim predictus locus in propria possessione monasterii huius. cum ergo quadam vice h<u>c advenissent, et celebratis sue devo-cionis obsequiis illuc regrederentur; erat autem vernum tempus; tum subito tantus ventorum, imbrium et nivium turbo celo profluxit, ut inter ipsa moncium ardua itinera constituti ultra omnino progredi non valerent. merens refero que audivi: inter ipsas nivium et ventorum procellas pariter suffocati spiritum reddiderunt. quod ubi hic auditum est, horrerunt omnes, et longo tempore nullus ibi ire audebat; rarus quoque erat qui illic habitare volebat. tunc die quadam iniectus ignis cum casu, ut credo, locum illum compleret, crux in eadem ecclesia erat, que sanctorum reliquiis consecrata fuerat et pro voto ab omnibus venerabatur. hec, videntibus omnibus qui adesse poterant, ab ipsa ecclesia, nemine deferente, longe egressa, vastam fagus arborem applexata est. mirabilis et stupenda virtus! mox eadem arbor mediam, se dividens, predictam crucem in suis suscepit archanis, parva solummodo parte illius brachii exterius, pro signo visionis, manente. quo nos aliquando pervenientes, quod audivimus, vidimus; et que cre-dere nonnisi videremus potuissemus, videntes credidimus. tunc etiam aliquos servos Dei heremitas in eodem oratorio habitare[Page 201]

didicimus, meriti recolentes martyris Vincencii, cuius honore nominis ab incolis terre actenus arbor Ala vocatur. Expleto itaque in sancto regimine venerandus abbas Authpertus anno uno, mensibus duobus et diebus viginti quinque, iusti operis palmarum percipiens, feliciter migravit ad Christum, anno incarnationis dominice septingentesimo septuagesimo .VIIIo, indiccione .II., in Beati Petri ecclesia digno sepulchro locatus. DE PAULO DIACONO. Libet in hoc loco aliqua inferre de Paulo diacono, siquidem et ipse de nostris quedam reverenti stilo descripserat, et cum hoc venerabili patre Authperto maxima illi fuerat cognicio. Hic cum esset regis Desiderii notarius, ex Longobardorum gente originem ducens, patre Guarnefrid, matre Theodelinda ortus, a puero disciplinis liberalibus eruditus, maximum in curia Desiderii regis locum optinuit, et Aquileiensis patriarchii archidiaconus[Page 202]

extitit. qui post capcionem Desiderii regis, Carolo quoque ammodum amabilius factus. sed post a quibusdam invidiose accusatus, quod propter fidelitatem Desiderii illum voluisset occidere, interrogatus a rege, respondit se pro certo fidelissimum sui domini semper fuisse, et in eadem fidelitate cum vita perseverare. et rex iratus precepit eum manibus truncari. sed in se reversus, pro magnitudine illius sciencie, suspirans, ait: "Et si manus eius abscidimus, ubi iam tam elegantem scriptorem repperiemus?" percontatus autem a proceribus, quid illis super hoc videretur, aiunt illi: " O rex, digne tanto viro compateris; sed ne alicui aliquando contra vos litteras dirigat, iubete ut eruantur oculi eius ". et rex: " Quando ", inquit, " tam insignem ystoriographum, aut

poetam invenire valebimus? " tunc illi, videntes regis clemenciam, suaserunt ut in Dyomedis insula, que a tribus montibus Tremiti dicitur, eum exiliaret: factumque est ita. sed, post parvum tempus, homunculus quidam eum inde extrahens, Beneventum perduxit, quem Arichis suscipiens eum honorifice retinuit, a quo palacium infra Beneventum, et alium in Salerno constructum versibus decorari fecit. indeque Casini montis habitacula expetens, monachus est effectus. ad quem prefatus Carolus litteras, metricè compositas, a Roma mittere studuit, ita:[Page 203]

Hinc celer egrediens facili mea charta volatu
Per silvas, colles, valles quoque prepete cursu,
Alma Deo cari Benedicti tecta require;
Est nam certa quies fessis venientibus illuc.
Hic holus hospitibus, piscis hic, pinis habundans,
Pax pia, mens humilis, pulchra et concordia fratrum,
Laus, amor et cultus Christi simul omnibus horis "
Dic patri et sociis cunctis: " Salvete, valete ".
Colla mei Pauli gaudendo amplectere dulcis,
Dicens multociens: "Salve, pater optime, salve".
Hayrirad, abbas Sancti Vincencii, pre-fuit
annos .III. menses X. obiit
.IIII0. nonas novembris, anno ab incarnatione
Domini septingentesimo octuagesimo,
indicione .IIIIa.
Poto abbas Sancti Vincencii, prefuit
annos II., menses V., dies XVI. obiit
.X0 kalendas maii, anno ab incarnatione Domini
septingentesimo octuagesimo .IIIIo, indicione .VIa[Page 204]

Paulus abbas Sancti Vincencii. hic edificavit
in eodem monasterio ecclesiam. Sancte
Marie, iuxta flumen, que Minor vocabatur.
et quoniam, hoc tempore, altercacio exorta
fuerat ab hominibus ville Tritensi, sita in fines
Balvenses, quam rex Desiderius condonaverat
cenobio Beati Vincencii, pro utilitate monachorum,
ideoque relacio cause istius clementissimo
imperatori Carolo ab eodem domno
Paulo abbate ostensa est, cuius precibus idem imperator annuens,
direxit illuc missos suos Rismum et Agilbertum, qui rei huius
veritatem invenirent secundum iusticiam legis. que autem ibi inventa,
et in conspectu imperatoris relecta, et posteris ad memoriam
relicta, illorum manibus sunt descripta, hic quoque a nobis inter
cetera sint ammixta.

DESCRIPCIO RISMI ET AGILBERTI.

De Peltino.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. regnantibus
dominis nostris Carolo et Pipino filio eius, piissimis
regibus Francorum ac Longobardorum ac patriciis Romanorum,
anno regni eorum Deo propicio in Italia quarto decimo, et septimo,
sed et temporibus domni Hildeprandi gloriosi et summi ducis,[Page 205]

anno ducatus eius in Dei nomine quarto decimo. dum, per iussionem
domini regis, directi fuisset ego Agilbertus et Resmo
seu Hilpidius castaldeus in Balba, pro intencionem, quae vertebatur
inter monachos de monasterio Sancti Vincencii et cum ipso
Paulo abbate eorum, quas habebant cum homines Balbenses de
res illas, quis per Tasonem inpublicatas vel retulta sunt, unde hac
causa diligenter vel subtiliter inquisivimus, et iurare fecimus primates
homines Balbenses, ut quicquid exinde scirent, nobis dicerent
veritatem, idest in primis; Anscuso castaldeus, Sintari, Scapltulfus
sculdais, Lupo sculdais, Radicisi, Thomas sculdais, Iohannes
sculdais, Adoni et Usualdus scariones, Audoaldus, et Felix, Allo,
Baroncellus, Barosus, Probatas, Teudari, Teudoaldus scario, Gracianus,
Alipertus, Ansepertus, seu et Frontolus. et de ipsas res,
quod supra dictum est, nos qui super nominati scribere fecimus.
et de causa, quod in intencione remanserat, quod minime definire
potuimus, nos fieri iussimus duos breves, ullum tenent ipsi monachi,
aliud Anscuso castildeus, ut, ipso ordine, ipse cause per his,
qui sacramentum dederunt, essent finite. et postea facerent exinde
brevem quicquid recolligere potuerint, ante presenciam de supra
scripti iudices. et si forsitan intencio orta fuerit inter monachos
vel populo de terre, que in isto breve scripte sunt, dicendo quod
ipsi homines tantam terram non habeant, quantam in brevem-

scriptam habent, accedant, isti suprascripti, qui iuraverunt, super ipsa loca et, per eorum testimonium, in ipso sacramento quod iurave-verunt, definiat ipsa intencio, ut exinde tenent, ipsi inter se decernant, et plus eorum non querant, nisi quantum inventum fuerit, idest :

In primis de Actu de Peltino: Usoaldus modia CXX.

Hidelpertus sculdaïs modia .C. Gracianus modia xxx. Authari[Page 206]

sculdaïs modia .L. Taloni negociator modia xx. Barbarus modia xv. Petrolus modia CVIII. Ademari modia LXX. Baronculus modia xxx. Siculator modia xxx. Aio scarios puplicus modia C. Paterno et Saburro modia CL. Audemundus modia xv. Causari cum fratribus suis modia ccc. Stacculus modia XII. Merulus modia x. Leteolus, modia xx. Benedictus presbiter modia xxx. Alari modia xxx. Gundoaldus presbiter modia XII. Aidolus modia xv. Sabatinus modia xx. Rimecausus modia xv. ad filii Pinza modia xxx. Ramulus modia xx. Vitalis modia. xxx. Artagio modia VI. Guoderadus modia XL. fratres eius modia CXL. Palumbus modia xx. Aripaldus modia xx. Teudoaldus tenens modia xx. Alicausus modia x. Griso presbiter modia x. Paldo modia XL. Probus modia x. Guoderis modia xx. Scaptulfus modia xxx. Stephanus modia xxx. Radichis modia VI. Fulculus modia x. Palumbus modia xxx. Vuilecausus modia x. Radoari faccionarius modia xxx. Anscausus modia VIII. Lucanus modia XII. Calvulus modia VIII. Teudoaldus modia CL. Arimundus modia XII. Anoaldus modia XL. <A>erfulus modia XL. Rodelinda modia xv. Airoaldus modia x. Iustulus modia cx. Deculus modia xxx. Viulari modia xx. Aliradus modia xxv. Alichis modia xxx. Baro modia xxx. Formosus cum fratribus suis modia XL. Allocasindius modia XII. Natalis clericus modia xv. Sandari modia xv. Aidelapus modia xv. Dagari modia x. Radoari modia x. Maio presbiter modia xx. Calvus celasarius modia C. Petrulus modia XIII. Vuilecicusus modia x. Liudoaldus modia xx. Rimifridus modia VII. Autiri modia V Anastasius modia XCIII. Audemundus modia III. Anoaldus modia .V. Proserius modia VII. Venerius modia III. Pado modia .VI. Brilicarius modia x. Teudoaldus modia. xx. Maurica modia xx. Aleris scario modia xx.

In Cerulas modia CCcxx. Alo*** modia cc. Teuderis

modia c. que retradita est per Palumbum clericum, cum consortibus[Page 207]

suis: Teudoaldus modia xxx. Guoderis modia cxx. Stacculus modia xx. Dagari inodia xx. Anastasius modia xx. Sandari modia XXI. Pertari scario modia xxx. Radoaldus modia xx. Griso presbiter modia xx. Audolus modia .XII. Guo depertus modia XL. Stephanus modia xx. Teuderuna modia. xxx. Tindoni modia XXXVI, Rodulus modia xv. Alifridus modia VI. Gulfari modia VI. Senualdus modia v. Petronaci modia x. Purolfus modia x. Daculus modia xv, Vuartula modia xv. Summulus modia VIII. Teudelapus modia XII. Siburro modia XI. Radecisi modia xv. Paulus modia .XII. Airolfus modia xv. Teuderamus modia .X. Iohannaci modia xv. Donacianus modia xv. Gunderamus modia xv. Arnoaldus modia xxx. Constancius modia x. Sindarus modia .III. Merculus modia x. Redemptulus modia XL. Vualerinus modia xx. terra, quam tenent Opetani, modiorum .XL. terra, quam tenent Presbiterani in Campo, modia ccc. et silva et, super, casa sua, quam tenent ipsi Presbiterani. Maracinola modia cx. Talaricus modia xx. ad filios Arelausi modia xx. Saburro presbiter modia xx. Anoaldus modia xv. Brincio modia xx. Teudelaïs modia xx. Autari modia XIII. Fulculus modia x. Redonatus presbiter cum consortes suos modia XL. Radoari accionarius modia xxx. Anscausus sculdaïs modia .XII. Ebremundus modia Lxx. Aderis modia XII. Domniso modia VIII. Petrus sculdaïs in Peltino modia xxx. et in lovem modia CL. Item de Peltino, de illo breve, quem nobis dominus Hildeprandus dedit: Radoari sculdaïs modia xcc. Barunculus modia xxx, Iustulus modia CVIII. Aripaldus modia CX. Paldo modia .xv. Antonius modia Cxx. Maio presbiter modia .xv. Lucellus modia .xv. Scaptulus modia xxx. Stephanus modia xxx Item de Lapide Vivo modia cc. Guodertmus modia xx. Adolus modia xx. Severius modia xxx. Gysulfus modia xxx. Allivianus modia XL. Alari modia CXL. Florus modia .xx. Arimundus modia XX. Merulus modia VI. Novulus modia xv.

Arcaiulus modia xx. Mangulus modia xx. Teudoaldus modia x. Suppulus modia x. Erfulus modia x. de Fuscii modia xx. Aggerulus modia x. Iohannes modia xx. Maiolus modia x. Maiorinus modia x. Ursellus modia x. Fuscarii modia x. Bonulus modia x. Progulus modia x. Ansolus modia xx. Senoaldus modia III. Mangulus modia x. filii Meruli modia x. Aio marepahis modia VIII. Vualo modia VIII. Marciolus modia LXXX. Tianus modia xx. Teudoaldus modia xv. Scaculus modia xv. Anastasius modia VIII. Saburrus modia VI. Adninarisi modia xxx. Airolfus modia xxx. Item de Abegie. casa Pinzioli. silva in Casulas, quam tenet Lupari. terra in Campana et in Barriciano, quam tenet Lupari. casas duas, quas tenet ipse Lupari. vinea in Preturio et in Pogiano, quas tenuit ipse Lupari. silva in Ruffi, quam tenuit Vualdepertus. terra in Valle Cupa, quam tenuit ipse Vualdepertus. silva, quam tenuit Arnoaldus cum fratribus suis. silva, quam tenuit Faso cum fratribus suis. silva, quam tenuit Teudolus cum fratribus suis. silva, quam tenuit Virigalio cum fratribus suis. silva, quam tenuit Paldo cum fratribus suis. silva, quam tenet Stephanus. silva, quam tenet Scaptulus. silva, quam tenet Faso cum fratribus suis. terra, quam tenent Scaptulus et Petrus. silva, quam tenet Erfulus. terra, quam tenuit Gracianus. silva, quam tenet Radoari in Summo Vico cum Ebremundo. casa Lupoli, Radiciis foculares quatuor. silva, quam tenet Totemannus cum fratribus suis. nocetum publicum, quod tenuit Vualdulus. terra, quam tenuit Autari sculdais. terra, quam tenuit Stephanus. terra, quam habuit Mangulus. casa Flori. casa Barosi. casa Albini. silva quam habet Baroncius. Item de acto de casa infra civitate Mattula. casas duas. casa Severuli. Teudoaldus casas tres. casa Indoli. casa Romani. ad filii Dardani silva. Grausoaldus silva. Francolus et Barosus silva Fractula. Teudoaldus Cencinus colle Sancti Angeli. Patricciolus colle de Accelium. fundus Liode, qui datus est

[Page 209]

Patriccioli et terra modiorum xxx. Erfenari tenet de Sancto Angelo modia cc. Teuderis modia x. Teudoaldus modia XL. Adelcis modia XL. Probatus modia xxx, Rodecausus modia x. Vualdepertus casa I. Bobulus casa I. Anscausus scario tenet in campe Lize terra modiorum xx. Item de P e r e 11 o. Airolus modia LXX. Sindulfus modia XII. Rimulfus modia XII, Ascisi modia XL, Teudoaldus modia xv, Vualtari modia VIII. Cuncio modia cx. Erfemari modia xv. Graciosus modia XIII. Autari modia xx. Alari modia xxx. Ursus modia CXX. Florus modia VIII. Auderis modia XIII., Teudiculus modia xx, Guodolus modia .VIII.. Florianus modia x. Flura modia xx, Baruncio modia xv. Massulus modia xv. Anicausus modia xxx, Franculus modia XII. Merulus modia VIII. Nigellus modia cv, Fulculus modia VI. Teudolus modia xv. filio Audoni modia xxx. Rimulfus modia cx. Brevem de Molina de acta Ebremundi. Lupari silva. casa Agilinde. casa Picconi. casa Briticioli, casa Aloni. Item de infra civitate. Campulus cum fratres suos retulos esse Petro sculdais. Causulus cum fratres suos retulos Theodoaldo et Damoaldo. terra et vinea, que resulta est Teudeperto filio Spoltini. Terra que resulta est Apraniano magistro. Item de vualdora. filii Dardani tenent de vualdo colle mediano. Grauso tenet ibi alia fracta, Teudoaldus Centenus colles duos. Patriciolus tenet fundus Liode. de saccione Erfemari tultum est modia xxx. Cucio substanciolas .VII. casa Vualdeperti. casa Aloni. casa Audolfi. casa Auderami. casa Inportuni. casa Baroncioni, casa Aymonis. casa Calvencioli. casa Aldoni. casa Audolfi. casa Teuderaci. casa Upilionis. casa Audaculi. casa Desiderioli. casa Natalis. casa Sabbatini. casa Pincioni. casa Iulioli. casa Radoni. casa Petronaculi. casa Ursoli cum fratribus suis. casa Gumari, quam tenuit Brinca, casas, .II. Teuto, casa Candidi, quam tenuit Municunda. Teuderis modia x. et in

[Page 210]

Fundello modia c. terra, quam tenuit Calvenciolus et Guodolus, filii Franculi et in ipso loco. terra, quam tenet Petrus cum fratribus suis. terra, quam tenet Grausoaldus superscriptus in Fundello cum fratribus suis. et fractula de vualdo Triti, de latere de Caprini, quod fuit Probat. Audoaldus modia XII. casa Pauli. Breve quod in nostra presencia de superscriptis

missis retraditum est ipsis monachis. in primis Ansoaldus filius Scaptulfi terra modiorum xx. , in Ria Arcaio modia CCVIII. Icto et Femosianus filii Petroli terram modiorum xx. in Valle Cupa. Felix terram retradidit et Leo modiorum III. filius Lucani terram modiorum VII. Iohannes de Climiniانو terram modiorum L. in Laci Pedile. Airoaldus de Tarullo terra[m] modiorum xx. ad Caput Aque. Lupus clericus retradidit terram, insuper equo. Astulus terram modiorum xv. Lupus sculdais terram modiorum VI. retradidit subtus se. Severulus terram modiorum XII. Aidoaldus terra[m] et vinea[m] de Rosecunda. terra de Perello, que fuit de Gulfari, retradidit Encio. Ego Senualdus episcopus in hunc brevem interfui et subscripsi. Ego Anscauso gastaldeus interfui in hunc brevem et manu mea subscripsi. Ego Scaptulfus sculdais in hunc brevem interfui et manu mea subscripsi. Ego Lupus sculdais in hunc brevem interfui et manu mea subscripsi. Ego Radichis in hunc brevem interfui et manu mea subscripsi. Ego Gaidoaldus in hunc brevem interfui et manu mea subscripsi. Ego Felix, pro ignorancia litterarum, in hunc brevem interfui et signum crucis feci. Ego Adoin in hunc brevem interfui et manu mea subscripsi. Ego Barosus, pro ignorancia litterarum, in hunc brevem interfui et signum crucis feci. Ego Usoaldus, pro ignorancia litterarum, in hunc brevem interfui et manu mea signum crucis feci. Ego Fronto, pro ignorancia litterarum, signum crucis feci. Ego Teodari in hunc brevem interfui et signum crucis feci. Ego Allo in hunc brevem interfui et signum crucis feci. Eresmo notarius in hunc brevem interfui et manu mea[Page 211]

propria subscripsi. Ego Affilpertus, inissus domini regis. Ego Hilpidius gastaldetis in hunc brevem interfui et manu mea suscripsi. Unde hunc brevem ego Tagipertus notarius scripsi, mense magio, per indicione decima, in Peltino, ad curtem Scaptuli sculdais. Denique clementissimus imperator, huius assercionis noticiam capiens, preceptum sue potestatis contulit venerabili Paulo abbati huiusmodi, super hec precaria confirmacionis.

SUPER EDICTUM

Carolus rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum, viro venerabili Paulo abbati, seu monachis Sancti Vincencii monasterii, situm in territorio Beneventano, partibus Samnie. Et quia detulisti nobis preceptum Desiderii regis, qualiter villam Trite, sita in finibus Balvense, ad ipsurn sanctuni cenobiuni pro utilitate monachorum condonasset, unde et nos super eundem preceptum[Page 212]

nostram || confirmacionem edidimus; sed.dum postea aliquas altercaciones inter vos et ipsos homines, qui se per chartas ducum dicebant esse liberos, consurrexisse manifestum est, pro quibus nos missos nostros Rismum et Agilbertum ibidem directos habuimus, per quos omnem causam liquidius inquirentes, omnem veritatem, exinde cognovimus; propterea, pro mercedis nostre augmento, nos ad ipsam casam Sancti Vincencii martiris prefatos homines de memorata villa Trite, sicut ab antiquo tempore illorum origo ad servicium reddendum debiti fuerunt, ita et deinceps, remota de medio omni libertate, legitimum servicium et obsequium perpetualiter, omni tempore, per nostrum donacionis preceptum, ut perficiant iubemus. De ordinando quoque abbate, sine qualibet cuiusque molestia, liberam concessionem imperialis maiestati, et sibi subiectas cellas ordinandi, iudicandi ac disponendi perpetualiter, preceptum largitus est idem imperator et rex Carolus huiusmodi prefatis monasterii monachis Sancti Vincencii levite et martyris.

PRECEPTUM DOMNI CAROLI IMPERATORIS.

(CAROLUS gracia Dei rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum, omnibus episcopis, abbatibus, dudibus, comitibus, iudicibus, castaldeis, accionariis, vicariis, centenariis vel[Page 213]

reliquis fidelibus nostris presentibus scilicet ac futuris. Maxime regni nostri in hoc augeri credimus munimentum, si petitionibus sacerdotum atque servorum Dei, in quo nostris auribus fuerint prolata, libenti animo obtemperamus atque ad effectum perducimus, regiam consuetudinem exercernus et hoc nobis ad mercedis augmentum vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus.

Quapropter noverit sollercia vestra, qualiter nos ad petitionem religiosi viri Pauli (abbatis ex monasterio Sancti) Vincencii martiris, (quod est constructum in loco qui dicitur) Samnii, super fluvium Vulturum, (tale beneficium circa ipsum monasterium visi fuimus concessisse, ut in monasteriis legitime sibi subie-ctis, quorum vocaba sunt:) monasterium Sancti Petri apostoli,(quod fundatum est) prope muros civitatis nostre Benevento,et monasterium

Sancte Marie, quod situm est in loco qui dicitur|| loco Sano, et monasterium
Sancte marie, quod situm est in fines Spolitense, in loco qui[Page 214]

dicitur Apinianice, (insuper et cetera) monasteria (vel) cellas (sive curtes)
vel (reliquas possessiones, que ex largitate regum) vel reginarum
sive ducum vel bonorum hominum ibi sunt date vel delegate, seu
eciam excusatos vel offertos, qui in prefatis monasteriis legitime iam
subiecti sunt vel qui devote offerre se cum suis rebus voluerint, iuste
et racionabiliter licenciam habere debeant, necnon et undecumque
ipsa casa Dei moderno tempore iusto tramite vestita esse cernitur
vel quod in antea a Deum timentibus hominibus ibidem legibus additum
vel delegatum fuerit, ut nullus iudex puplicus ad causas audiendum
vel freta undique exigendum, scu mansiones aut paratas
faciendum, vel fideiussores tollendum, aut homines ipsius monasterii
stringendum, nec nullas redebuciones puplicas requirendum ullo umquam
tempore ingredi, nec exactorare penitus presumatur. Propterea
hanc emunitatem scribere iussimus, per quam specialiter decernimus
ordinandum, ut nullus quislibet de vobis, aut de iudiciaria
potestate, vel quelibet persona a modo et deinceps in monasteriis,
vel cellis, seu curtes, necnon reliquas omnes possessiones superscriptas,
sive undecumque ipsa casa Dei nunc tempore iusto tramite
vestita esse dinoscitur infra regno Christo propicio nostro
nemo ibidem ad causas audiendum, ut diximus, vel freta undique
exigendum, seu mansiones aut paratas faciendum, vel fideiussores
tollendum, aut homines ipsius monasterii distringendum sive ullam
novam consuetudinem ponendum, nec nullas redebuciones puplicas
requirendum ingredi, nec exactorare quoquo tempore presumatur.
similiter in Dei nomine concessimus vel confirmamus erga[Page 215]

ipsum sanctum locum, sicut habet humana fragilitas, ut quandoquidem
abbas ex ipso monasterio de hac luce migraverit, licenciam
habeant secundum regulam sancti Benedicti, qualem meliorem ac
digniore et sapienciore invenerint, absque cuiuslibet inquietudine
vel contradiccione, inter se eligendi abbatem, et sub emunitatis ||
nomine cum omnes fretos concessos valeant omni tempore
rectores ipsius monasterii Sancti Vincencii, tam ipsi quam et suc-cessores
eorum, quamque ipsi fratres qui ibidem Deo famulari
videntur, quieti regulariter vivere ac residere, quatenus eis melius
delectet, pro nobis uxoribusque nostris ac liberis, vel cuncto po-pulo
nostro, misericordiam Dei attencius exorare. Et ut hoc auctoritas
firmior habeatur ac diuturnis temporibus inviolata Deo
adiutore conservetur, manu propria subter eam roborare decrevimus,
et anulo nostro sigillare iussimus. Signum [M] Caroli gloriosissimi regis. Signum Iacob ad vicem Radonis. Data VIII. kalendas
aprilis, anno XVIIIlo et XIIIlo. regni nostri. Actum Capue
civitatis nostre. in Dei nomine feliciter, amen.
Post consumatis igitur in sua sede pater Paulus annis VIII.
mensibus v. et diebus xx., migravit ad Christum XIIIlo. ka-lendas
aprilis, die dominica, anno incarnationis dominice septingentesimo
nonagesimo secundo, indiccione xv., sepultus in pace.
Apud Casinum vero Theodemar decem et novem annis peractis,
Gysulfus preficitur abbas. Beneventi quoque defuncto[Page 216]

Arichis, Grimoaldus eius filius successerat. Carolus vero felicissimo
Augusto imperii iura quadraginta et novem annis moderante,
sed in his superstite, Hludovicus filius eius, his ita finitis, nos
quoque huius nostri primi finem facimus libri[Page 217]

LIBER SECUNDUS CHRONICE HUIUS

QUIA legimus secundo die " fecisse Deum
firmamentum " in medio
aquarum, et " divisisse aquas, que
erant sub firmamento, ab his, que
erant super firmamentum ", et ipsum
firmamentum vocatum diximus in principio primi libri.
Materies absque forma, cum esset
in principio chaos, primo enim materia
facta est confusa et informis,
unde fierent omnia, que distincta atque
formata sunt, iuxta illud " Qui fecisti mundum "de materia
informi, quod a Grecis dicitur C h a o s; de nichilo enim cuncta
creavit, et hec ipsa materies de nichilo creata est. <origine
non tempore, tempus enim a creaturis, idest a substitucione creature,
non creatura cepit a tempore>. constat enim quia dictum
est: " Fecit Deus celum et terram ". celi et terre nomine

universam creaturam significari quam creavit et condidit,
ita firmamento Celi materiam corporalern rerum visibilium ab
illa incorporali rerum invisibilium fuisse discretam; nomine vero[Page 218]

aquarum illam materiam appellatam, " super quam ferebatur spiritus
Dei ", unde erit Deus omnia formaturus. <superfertur
Spiritus sanctus protegendo omnem creaturam, ut in rebus
visibilibus ignis et oleum semper superiora appetunt; superfertur
et nunc aquis salutaribus sanctificando baptisma.> aque super
firmamentum invisibiles creature, aque sub firmamento visibiles
creature signantur. hec non locorum sedibus sed dignitate nature
dividuntur. duo quoque precepta caritatis a Domino nobis tradita
sunt in mandatis, quibus exemplis et auxiliis liber iste secundus
ammodum fulcietur. " Moysen quoque bis silicem virga percussisse "
et " viduam " Helie " duo ligna ", <que signant
duo ligria crucis,> " collegisse "; Salomonem " quoque duas
columnas in atrio templi statuisset " accepimus, <que sunt duo
testamenta>, " Booz et Iachim ".

VITA VEL OBITUS DOMNI IOSUE VENERANDI ABBATIS.
AMMIRANDE igitur virtutis perfeccionem, que in venerabili patre
Iosue effloruit, silendum non arbitror, cuius quidem etimologia
nominis, ut salutaris dicitur et habetur, qui vere a Christo[Page 219]

salvatore pro multorum salute in hoc loco directus, tam sancta
conversacione, quam digni
operis labore maxima luca
salutis animarum Deo prestitit hic congregatarum, et
non solum tunc presenciuin,
sed et post sequencium pater egregius singularis enituit.
denique ex regali proenite ortus, regali quoque aula nutritus, liberalibus
litterarum studiis aprime
eruditus, puritatem inno-
centis vite felici sorte pro-
vexit, unde iure meruit adipisci premia digna. cum enim esset imperatoris
Hludovici, qui Almus est appellatus, ex preclara coniuge
ipse quoque cognatus, tandem a Domino fore vocatus, et sub sacro
habitu Christo militaturus accessit; et propositurri divine religionis
piis exercebat operibus. sed dum in sacro cenobio ultra ceteros,
qui sibi videbantur esse commilitones, ita summa virtutis ope excederet,
ut in sancte conversacionis studio precelsior haberetur, ex divino
nutu, tociusque sancte congregacionis eleccione, undecimus
post sanctum Paldonem constitutus est abbas, anno incarnationis
dominice septingentesimo nonagesimo .IIII, indiccione prima.[Page 220]

His diebus Augustus Hludovicus, qui tocius Italie, post pie
memorie Carolum genitorem suum, regni iura suscepit, cum
esset Rome et summum gereret studium pietatis, cognita preclara
opinione precipue religionis prephati cenobii congregacionis,
predicti quoque sui cognati digno amore dileccionis, eundem per
semetipsum devote dignatus est visitare cenobium. quo cum pervenisset,
et ab eisdem sanctis patribus satis honorifice susceptus
fuisset, pluribus obsequiis caritatis impensis, cum maxima dona
eidem sancto monasterio idem imperator contulisset, optutibus
illius venerandus pater Iosue simul cum universis fratribus <se>
Supplices exhibentes, cum obnix deposcunt, ut illis concederet
templum antiquissimum in territorio Capuano, quod maximis columpnis
et diversis lapidibus ab antiquis fuerat institutum in locum,
ubi Edes Imperatoris, vel Cripte dicebantur. et quia tantis patribus
in unum congregatis esse illis parva oracionis domus videbatur,
sue pietatis auxilio ecclesia in eodem monasterio ad honorem
summi Dei, et eius preciosi martyris vocabulo Vincencii tante
congregacioni competens sublimior et celsior edificaretur. quibus
Augustus libenter annuens postulata concessit, et queque utilia vel
necessaria ob hoc eis esse videbantur, tribuit. ita autem virtus Domini
cor regis in huius operis amore convertit, et fratrum devocionem
ac laborancium manus iuvit, ut non multo tempore preclaro[Page 221]

opere et maximis columpnis ecclesia levaretur, in cuius
ecclesie fronte ita, deauratis litteris, legebatur :
Queque vides, o spes, pendencia celsa, vel ima,
Vir Domini Iosue struxit cum fratribus una.
erat enim ipsa ecclesia in longitudine habens passus triginta sex,
et in latitudine cum ipsas porticus passus sedecim, <in altitudine
passus XII. usque ad trabes> cameras quoque iuxta sacras edes
firmissimas habens. perfectis igitur edificiis, invitatur ad eiusdem

ecclesie sollempnia dedicationis Augustus, quique gaudens et letus cum sua regina, eiusdem felicissimi abbatis Iosue germana sorore, ac magna multitudine utriusque condicionis et sexus advenit. adest et apostolicus papa primus Paschalis cum collegio sacro episcoporum, cardinalium, diversorum clericorum atque innumera multitudine fidelium populorum undique concurrencium, et cum maxima exultatione et leticia predictam dedicant basilicam, ubi eadem die rex et regina dona contulerunt magnifica. per singulas denique columnas singulas palliorum cortinas pendere iussit regina, que columnas hinc et inde simul fuerunt triginta due. ab incarnatione Domini tunc agebatur annus octingentesimus octavus, et indiccio prima. certe nos, qui nunc vidimus, vel qui tunc illis videre temporibus, satis mirari posse illius ecclesie magnitudinem vel pulchritudinem in his regionibus.[Page 222]

Hoc tempore idem imperator conventum religiosorum episcoporum et abbatum faciens in Aquisgrani palatii et cum multis Francie abbatibus, inter quos etiam venerandus pater Iosue affuit, septuaginta et duo capitula nostri ordinis generalia constituit. tunc quoque beatissimo pape Paschali pactum constitutionis et confirmationis faciens et proprie manus ac trium filiorum suorum signaculo illud corroborans, per legatum sancte Romane Ecclesie Theodorum culatorem predicto pape transmisit, in quo decem episcopos, .VIII. abbates, comites quindecim, bliviothecarium, mansionarium, et ostiarium subscribere fecit, cuius textus superius continetur. contulit etiam ibidem venerabili patri Iosue preceptat, sui monasterii confirmationis, quecumque a prioribus temporibus hoc idem monasterium donatione vel concessione ducum, regum, sive principum aut quorumlibet oblacione possederat fidelium, seu possidere contigerit, ut hec in perpetuum equitatis iure sine alicuius contradiccione vel molestacione possideat. horum textus ita continetur.[Page 223]

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Hludovicus, divina ordinante providencia, imperator augustus. Cum petitionibus sacerdotum ac servorum Dei, quas nostris auribus insinuaverint, libenter annuimus, non solum regiam consuetudinem exercemus, sed etiam hoc nobis tam ad presentis vite prosperitatem, quam ad future beatitudinem adipisci non minimum emolumentum afferre confidimus. Idcirco notum sit omnibus fidelibus sancte Dei Ecclesie et nostris, presentibus scilicet ac futuris,[Page 224]

quia vir venerabilis Iosue, abbas monasterii martiris Christi Vincencii, quod situm est in finibus Beneventanis, nostram adiungens serenitatem, optulit obtutibus nostris precepta regum Longobardorum, Aystulfi videlicet et Desiderii, nec non et preceptum pie recordacionis domni et genitoris nostri Caroli piissimi Augusti, in quibus illi tam antecessorum suorum, videlicet regum quam et ducum, vel aliorum quorumlibet Deo devotorum hominum donationes partibus predicti monasterii spontanea voluntate contulerunt, suggerens ac petens, ut eadem precepta nostre confirmationis precepto confirmaremus. Cuius petitioni propter amorem domini nostri Iesu Christi assensum prebentes, predicta precepta nostra auctoritate confirmamus. In primis decernentes quicquid domni genitoris nostri Caroli imperatoris precepto continetur, et de iudiciaria Balvense in loco Trite sicut per preceptum Desiderii regis et Ansane condonatum est; deinde quicquid Aystulfus vel Desiderius iam dicto monasterio contulerunt similiter maneat inconvulsum. quod vero duces hii, Lupus et Hildeprand, eidem venerabili monasterio suis preceptis condonaverunt, hac nostra presenti auctoritate abhinc in futurum stabilis perseveret et firma: de quibus una est donacio, quam Lupus dux ad predictum sanctum locum fecit de varcinatico, idest[Page 225]

animalia, que exigebantur ad mensam principis ducatus Spolitini; altera Hildeprand ducis de eadem re; tertia eiusdem de clausura in Marsis; quarta eiusdem de vualdo Liburiano; quinta eiusdem de quatuor casis in Marsis. has quinque donationes ad idem venerabile monasterium Sancti Vincencii nostra confirmamus auctoritate, ut quicquid in ipsis vel de ipsis rectores supra memorati monasterii pro eiusdem utilitate facere voluerint, absque ullius contradiccione ordinent et disponant. Et ut hec auctoritas confirmationis nostre per curricula annorum inviolabilem atque incon-vulsam optineat firmitatem, et a fidelibus sancte Dei Ecclesie et nostris presentibus scilicet et futuris verius credatur, et diligenter conservetur, manu propria subter subscripsimus, et anuli nostri impressione signari iussimus. Signum [M] Hludovici serenissimi

imperatoris. Data .IIII0. idus iunias, anno Christo propicio . III0 imperii domni Hludovici piissimi augusti, indiccione VIII. Actum Aquisgrani, palacio regio, in Dei nomine, feliciter.
Post hec iterum imperator Ludovicus Romam venit, Liguriam, Emiliam, Apuliamque peragravit et diversas ecclesias multis in locis construens, predia delegavit; et aliis que possidebant, precepti sui firmitate roborabat.
Edificavit namque tunc monasterium in honore Sancte Trinitatis, quod postea ab abbatibus ipsius loci mutatum est in vocabolo[Page 226]

Beati Clementis martyr is iuxta fluvium Piscarie in Insula, ubi dicitur Casa Aurea, eumque rebus et possessionibus ammodum ditavit amplissimis. huius monasterii, nostris temporibus, abbates fuerunt quidam ex nostris senioribus, ex quibus precipuus fuit nostri monasterii prepositus nomine * * *
Ante hec tempora fertur, quod filia regis Francorum, per incontinenciam excedens, patrem offenderet, unde permotus rex, quod pudoris torum violasset, datis rebus necessariis, mandat ductoribus illam extra patriam exulem fieri. qui deducentes eam multis diebus, longo itinere confecto, tandem Valerie partibus applicuere, ubi a quodam illustri viro, nomine Morino, excepti,[Page 227]

agnitis ab eodem causis, eandem regis filiam filio suo in matrimonium dare deposcit, eo quod sibi sufficiens diviciarum et patrimonii copia maneret. quod cum facile optinisset, et iura matrimonii gratifice peregissent, predicti eius ductores Franciam regrediuntur. post hec rex mulieris huius pater mortuus est. tunc ergo Hludovicus imperator predictas terrarum partes circumiens, in eadem regione pervenit, et cum a ministris anxie quereretur locus oportunus, quo imperator recurrere potuisset, supradicta mulier prudenti consilio, convocatis duobus liberis, quos de suscepto viro genuerat, quique iam iuvenili etate florebant, monet ut regem adeuntes in sua eum domo peterent commanere, suis suorumque obsequiis libenter uti valere. quorum precibus rex motus facile annuit impetratis. at cum in domo illorum convivatus alacer resideret, genitrix advenit, secreto regem peciit et, eius genibus provoluta, queque sibi acciderant miserabiliter exponit. motus in lacrimis Augustus benigne amplectitur sororem; fatetur eadem se reminiscere, que olim in domo patris ei acciderant; filiosque eius sibi adherere precipiens, ex interventu matris omnia, que fuerant defuncti patris, regali precepto illis firmavit; ac post aliquod tempus tocius Valerie provincie comites instituit. inde igitur Apuliam iterum profecturus, iuniore fratre cum matre relicto, maiorem secum comitare precepit.
Qui in illius obsequio aliquandiu demoratus, incidit in infirmitatem, unde rex admodum contristatus, exoratus ab ipso et multis aliis, pluribus obsequiis et muneribus in itinere prebitis, ad propria iubet reverti, ne fortune mors succedens materna viscera valide cruciaret. ergo, cepto itinere, corrupti aeris pestem cavere cupiens, Beneventi fines peragrans deducebatur a suis, et cum invalescente languore iam deficientem cernerent, iter accelerante,[Page 228]

deducunt illum ad monasterium Christi martyris Vincencii, ubi a venerabili patre Iosue et cunctis fratribus satis humane susceptus, post aliquot dies, temporali caruit visu. cuius corpus, candido marmore facto sepulchro, ante ipsius basilice limen diligenter locatum est. mox tristi nuncio materna viscera mota, innumeris supmtis muneribus, diversa in comitatu famulurum agens obsequia, una cum sibi superstitute prole, monasterium Christi martiris Vincencii quantocius pecierunt. quo tumultum sui filii mater aspiciens, amplexata est eum, et multis lacrimis lavans, dyris vocibus satisfaciebat doloribus. vix tandem, aliquantulum a venerabili Iosue abbate et fratribus consolata, finem fecit clamoribus et, post aliquantos dies, discessura optulit cum filio suo, omnibus sibi faventibus suis hominibus, in sacro monasterio Beati Vincencii quicquid preciosum inventum est in thesauris, testamentum quoque oblacionis facientes iure hereditario tocius comitatus defuncti filii, quecumque in Valbensi territorio esse potuissent, cum ecclesia Sancti Ruphini ibidem constructa <in Campo de Rota>, quam et aliis ecclesiis et cellis circumquaue manentibus, que omnia post a domno Hludovico imperatore in eodem monasterio firmata sunt: ecclesia Sancti Comicii in Pectoriano; ecclesia Sancti Leopardi in Pacentru; ecclesia Sancti Vincencii in Selmone <cum terris, [q]ualiter[Page 229]

decurrit Aqua Labella, et [ri]vus Gyzoli usque ubi pariter [coni]unguntur, omnia infra hec>; ecclesia Sancti Petri in Accule

<subtus ipse cripte, supra ipsos padules, et campo de Mesu>; ecclesia Sancti Vincencii in Bazano; ecclesia Sancte Marie super fonte Asfreda; ecclesia Sancti Cesidii in Boniara <cum ipse porcaricie>; ecclesia Sancti Vincencii in Alizie; et ecclesia Sancti Iustini; ecclesia Sancti Vincencii ad Vadu Pascuali; et in Musane; et in campo Sancti Petri; <et in campo Sancti Pelini>; ecclesia Sancti Felicis in Bettorite et in Appiniani; et in Casale; et in Pompinianu; et in Prata; ecclesia Sancti Marci in Gorgiano; ecclesia Sancti Pam-phili in Raiano; et in Preze; et in Paterno, et in Pretorio; <ecclesia Sancti Vincencii, et Sancte Marie in Valli>, et in Flaturno; et in Poperi; ecclesia Sancti Liberatoris ubi oritur Piscaria fluvium; et ipse terre que dicuntur Monacesche; <et in Ruza capra>. omnes has ecclesias, cum diversis territoriis, villis, et mancipiis, et rebus pertinentibus, alias quoque quamplures infra ipsius comitatus fines adiacentes. et quoniam supra dictam qcclesiam Sancti Ruphini, ecclesiam quoque Sancte Dei genitricis Marie in proprio solo edificatas, et dote magna ac diviciis ampliatas, ab eadem Deo devo-tissima femina didicimus, ante ipsius Dei genitricis ecclesie limen,[Page 230]

ad mortem veniens, se sepeliri iussit. nomen quoque eius, quod multis fuerat incognitum, insuper liminari eiusdem qcclesie scriptum nos ipsi vidimus ita: "Ymilla humilis ancilla Sancte Marie ". Confirmavit eciam, hoc, tempore, imperator Ludovicus in venerabili monasterio Christi martiris Vincencii quecumque Desiderius rex Longobardorum, et Pipinus rex Francorum, ac Karolus imperator Romanorum optulerant in comitatu Balvensi, et in comitatu Pinnensi, videlicet in valle Tritana: in primis monasterium Beati Petri apostoli, cum omnibus sibi pertinentibus terris et villis, servis et ancillis, cellis et cappellis, in curte de Roncessi; in Sandarissi; in Caput Aque; in Cerqueto; in Martinisci; in Laurenciisci; in Marzanisci; in Tribilio; in Cellaria; in Ofene; in Presciano; in Ovino; in Furmecusi. item: in Carapelle; in Turbine; in Bute; inter Moline; in Presuto; in Lucclano; in Fracte; in Volubbro; in Felicule; in Superi; in Limiti; in Calaso. item: in Prebeterani; in Stephanisci; in Caporzani; in Tussi; in Cerule <et in campo domnico>; in Coliniano; in Lapide Vivo <et ad Sancta et in Toro, et ad Benateru>; in Turri, in vallibus, montibus et planis; in Perello; in[Page 231]

Azano et reliqua, sicut continentur in precepto Desiderii regis, per suos fines.

Eo siquidem tempore rara in his regionibus castella habebantur, sed omnia villis et ecclesiis plena erant: nec erat formido aut metus bellorum, quoniam alta pace omnes gaudebant, usque ad tempora Sarracenorum. cessante quoque devastacione et persecicione illorum, qui tunc evadere potuerunt, ut sua invenire valuerunt, regis iudicio et precariis possederunt, usque quo Normanni in Italiam pervenerunt. qui sibi omnia diripientes, castella ex villis edificare ceperunt, <quibus ex locorum vocabulis nomina indiderunt> et ex his, que optinere potuerunt, velud sine rege et sine lege, agentes, ipsarum se ecclesiarum patronos, immo dominatores dicentes, vix iusto iure dominis quantum sibi videbatur, et hoc inviti, census persolvebant per annos. quod malum usque hodie perseverat, et ecclesiarum predia et possessiones, non sine gravi sacrilegio, hereditario quasi iure sibi et filiis suis assumunt. sed iam ad priora.

Traditum accepimus a senioribus quod, sub eodem superiori tempore, imperator Hludovicus monasterium Sancti Angeli constituerit in Barreglas, quod ab aliis vertitur Valles Regias, eumque, rebus et possessionibus ditatum, venerabili monasterio Beati Vincencii subdiderit. sed tempore Sarracenorum incensum, et post a quibusdam restauratum, et congregacionem fratrum, et abbatem eis ibidem fuisse ordinatum. sed, in sequenti tempore, a primo Ottone, secundo quoque, diversis preceptis, in monasterio Beati Vincencii illum invenimus confirmatum[Page 232]

Scire autem volumus omnes, qui huius libri lectores accesserint, nichil me scribere, nisi quod aut vetus scriptura me docuit, aut a senioribus, ipsa canicie vel gravitate venerandis, fida relacione didici, aut ego ipse, nostris temporibus, meis oculis aspicere potui. igitur, sexto imperii sui anno, Augusto Hludovico apud Aquisgrani palacio regio constituto, vir Domini Iosue ad eum illuc pergens, secundum ab eo preceptum accepit, cuius hic textus exprimitur DE VUALDO LIBURIANO CONFIRMACIONIS PRECEPTUM. (In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Hludovicus, divina ordinante) clemencia, (imperator augustus. Cum petitionibus sacerdotum ac servorum Dei quas nostris auribus

insinuaverint libenter annuimus, non solum regiam consuetudinem exercemus, sed etiam hoc nobis tam ad presentis vite prosperitatem, quam ad future beatitudinem adipisci non minimum emolumenti afferre confidimus. Iccirco notum sit omnibus fidelibus sancte Dei Ecclesie et nostris presentibus scilicet ac futuris, quia vir venerabilis Iosue, abbas monasterii) Beati (martiris Christi Vincencii; quod situm est in) territorio Beneventano, super fluvium Vulturum, (nostram adiens serenitatem optulit optutibus nostris precepta L a n g o b a r d o r u m) principum et ducum, videlicet Gysulfi et Sicardi, (nec non et preceptum pie recordacionis domni et genitoris nostri Caroli piissimi augusti, in quibus illi iam antecessorum quorum[Page 234]

regum, quam et ducum vel aliorum || quorumlibet Deo devotorum hominum) concessionem et offerciones vel legales scriptiones, quas illi, pro amore vite future et pro remedio animarum suarum atque remissione peccatorum in (partibus predicti monasterii), de suis rebus (spontanea voluntate contulerunt, suggerens ac petens, ut eadem precepta) et offerciones seu omnes legales scriptiones (nostre confirmacionis precepto confirmaremus. Cuius petitioni, ob amorem et honorem domini nostri Iesu Christi) et propter reverenciam eiusdem martyris Christi sancti Vincencii, cuius honori atque nomini predictum monasterium dicatum esse cognoscitur, (assensum prebentes), iuxta quod rogaverat, (predicta precepta) et omnes offerciones vel legales scriptiones concedimus et (confirmamus) ac penitus corroboramus in prefato cenobio Christi martyris Vincencii omnes res et possessiones, per diversos fines regni Italici positas, per eadem precepta vel quaslibet legales scriptiones a principibus, ducibus reliquisque fidelibus i b i d e m collatas, nec non et monasteria et cellas inferius nominatas, oinnia in prefato cenobio concedimus et confirmamus: in primis quoque cellam Sancti Sossii,[Page 235]

cum inclita curte et vualdum, que est in partibus Liburie, qui dicitur Pantanu, que data est a dace Gysulfo in predicio cenobio, per hos quoque fines: prima parte est via a n t i q u a, que de Ducenta venit, et sicut descendit via ipsa, et intrat in ipsum Pantanum et silvam et paludem coniuncta Lanco; a secunda vero parte via nichilominus est antiqua, que dicitur Vicina; a tertia vero iterum usque ad viam, que est antiqua, una cum ipsa piscina eiusdem monasterii et decernit via ipsa terras et vualdum ante dicti monasterii et aliam terram ipsius monasterii, que dicitur de Tortora, et terras aliorum hominum, que ibi affines sunt, et sicut incipit super ipsam piscinam, et qualiter volvit circa ipsam terram de eodem vualdo, et iam dictam terram, que dicitur de Tortora, et vadit ad ipsum Pantanum predicti monasterii et qualiter perexit super ipsum Pantanum, et silvam, et paludem, usque in ipsum Frigidum; a quarta autem parte, usque in iam dictum Frigidum, et predictum Laneum, cum omnibus intro habentibus, super vel subter, que dici vel nominari possunt, nostra imperiali auctoritate in eodem cenobio concedimus et confirmamus.|| deinde similiter alium (vualdum) coniunctum in eodem loco, qui datus est in eodem monasterio a Sicardo, principe Beneventane civitatis, per (hos) scilicet (fines: ab uno latere via antiqua, que venit a Ducenta, et) ipsum (Vualdum predicti monasterii, et quemadmodum perexit usque in ipsum Pantanum eiusdem monasterii; ex alio) vero (latere) fine (via puplica, que vadit inter ipsum Macianum, et Scarafena, et terra de hominibus de Centora, et directe exit usque ad locum, qui dicitur Cree, unde aqua exit, et sic directe intrat in ipsum lacum[Page 236]

Patriensem; et ab uno capite via puplica, que dicitur Vicana, et pergit ad Cumis; ab alio) autem (capite finit lacus Patriensis. hec autem) omnia qualiter super sunt indicata, et sicut precepta eiusdem continent monasterii, cum omnibus inferius superiusque consistentibus, cum viis et aquis, et cum Pantano ipso et ripis, et cum omnibus que dici possunt in eodem concedimus cenobio et confirmamus. item concedimus atque confirmamus in eodem cenobio monasterium Sancti Petri, quod situm est in territorio Capuano, non longe ab arcu Dyane, quod dicitur de Tuntulo, cum ecclesia Sancti Martini, que est in partibus Liburie, cum inclito casale, quod dicitur Severano, et cum aliis casalibus et territoriis, et pantanis, in loco ubi dicitur ad Trasanglu, sicut eius precepta continent et scriptiones; quam et ecclesiam Sancti Vincencii in Liburia, ubi dicitur Tremoiola, cum omnibus territoriis suis. item cella[m] Sancti Vincencii de Cume, cum curte et casis suis. item cellam Sancti Georgii infra Salernitanam civitatem; cellam Sancti Vincencii

in fluvio Tusciano; cellam Sancti Valentini in fluvio Bisentino; cellam Sancti Vincencii in fluvio Tensa, cum omnibus aliis cappellis et pertinenciis earum, et omnibus aliis cellis et terris, per diversos fines regni Italici positas, ex quibus pars legales iam dicti cenobii scripciones quocumque ostenderit tempore, in eodem monasterio concedimus et confirmamus, (ut abhinc in futurum) hec omnia, que supra diximus, (firma perseverent, ita videlicet ut quicquid in ipsis vel de ipsis rectores vel ministri) eiusdem (monasterii disponere vel ordinare) p l a c u e r i n t , (absque quorumlibet || contradiccionem ordinent atque disponant, prout utiliter congruere perspexerint.[Page 237]

Et nulli sit deinceps licencia infra predictos fines) seu in cellis vel terris (aliquam contrarietatem) aut (molestiam partibus inferre cenobii. Neque) aliquis (per parentum possessiones) eius hereditates residere audeat, (e x c e p t o p e r v e r a c e s c a r t u l a s) et legales (c o n s i g n a c i o n e s), sicut Aysulfus rex Langobardorum constituit de ecclesiis. Et nullus audeat abbates vel monachos eiusdem cenobii ad iurandum querere, quia contra divinam credimus esse legem, sed per scariones omnibus temporibus finem faciant, sicut prisca fuit consuetudo. Statuimus quoque ut nullus ex servis aut ex familia eiusdem monasterii vel eos, quos cortisianos vocant, audeat inquietare aut quodlibet pensum quisquam ei exactor tollere vel exigere presumat. (Quod si quislibet contra hanc nostram concessionem vel confirmacionem insurgere vel molestias inferre tem-ptaverit, sciat se compositurum auri purissimi libras) mille quingentas, (medietatem) Camere nostre (et medietatem) prefato (venerabili monasterio. Et ut hec nostre auctoritatis largicio firmiorem optineat vigorem et per curricula annorum inviolabilem atque incommutabilem optineat firmitatem et a fidelibus sancte Dei Ecclesie et nostris) verius, (p r e s e n t i b u s s c i l i c e t e t f u t u r i s), (credatur, diligentiusque) ab omnibus (conservetur, manu propria subter scripsimus et anuli nostri impressione signari iussimus. Signum) domni (Hludovici serenissimi imperatoris. [M.] Data IIIo. idus) ianuaras, (anno Christo propicio) sexto (imperii[Page 238]

domni Hludovici piissimi Augusti, indiccione XIIa. (Actum) Aquisgrani palacio regio, (in Dei nomine, feliciter). Pater autem egregius Iosue, post edificacionem sui monasterii sancte congregacioni, velud optimus pastor, sedule invigilabat et in animabus colligendis ac salvandis tam perfectissimus erat ut divina se protegente gracia, tam preclare congregacionis numero, quam precipue religionis cultu, maximis eciam tunc Italie monasteriis excell||lencior haberetur. ferebatur quoque ubique fama sanctitatis illorum, adeo ut, ex Francorum provinciis, plurimi patriam parentes opesque relinquentes, eorum se subderent magisterio, eciam ex aula regia illorum religionem sequi cupientes. confluebant preterea ex cunctis Italie finibus nobiles, quique duces, principes et comites ac potentes, beatos se fore existimantes, si aliquid Deo in eodem monasterio, pro sue mercedis emolumento, ex suis faccultatibus et possessionibus offerre potuissent. Unde factum est ut Hildeprand, dux Spoletinorum, offerret Deo in eodem monasterio, per preceptum sue potestatis, ecclesiam Sancti Donati in Comino, curn terris et montibus, servis et ancillis, et ecclesiain Sancti Iuliani, cum terris et aquis, montibus et planis, cum omnibus suis pertinenciis optulit quoque preceptum in Marsis de quattuor casis; et de Sancto Petro in Vezano; et de clausura in Marsis; et de vuarcinatico, idest animalia, que[Page 239]

exigebantur ad mensam ducis Spoletini; et de vualdo Liburiano preceptum confirmacionis. in ecclesiam vero Sanete Dei genitricis Marie in Loco Sano, subdita predicto monasterio Christi martyris Vincencii, preceptum optulit sue oblacionis de duodecim condomis servorum, siquidem in anteriori tempore precepta optulerat de inclita valle Sorana; et de monasterio Sancte Dei genitricis Marie in fines Spolitenses, territorio Marsicano, quod dicitur Apinianici, cum inclitis territoriis, servis et ancillis, et ipsa valle de Flaturno. Grimoaldus eciam, Beneventanorum dux, Arichis filius, optulit per preceptum sue potestatis in eodem monasterio curtem, quam habebat in valle Benafrana, cum inclitis terris et montibus uno se tenente, || et vocatur terra ipsa Cicerana. Vir eciam quidam insignis, nomine Radeprand, optulit in eodem monasterio, ex iure sue proprietatis, curtem suam quam habebat in finibus Canusie; et curtem in finibus Sipontine civitatis; et casalem cum ecclesia Sancti Martini in finibus Lucerie; inclitam quoque piscariam et focem de lacu in finibus Lisine; et curtem

in loco Lucerole, finibus Beneventanis, cum servis et ancillis; et curtem in finibus Telesie; et curtem inclitam in finibus Caudetanis, loco qui dicitur Paulisi, cum servis et ancillis; inclitum quoque vualdum in finibus Torcini, cum ecclesia Sancti Petri, et Sancti Martini ibidem constructis; et curtem de Ninio, que dicitur[Page 240]

Vualdellu, cum aliis adiacentibus terris; inclitam quoque curtem in finibus Suesse, loco qui dicitur Prisciano, cum servis et ancillis ibidem manentibus.

Vir etiam alter clarissimus, nomine Alabis, optulit res et possessiones suas in eodem monasterio, quas habebat in finibus Benafranis, hoc est case Fabritte cum suis curtibus, positis super fluvio Sexto, et ecclesiam Sancte Marie, iuxta ipsum fluvium, et inclitum molendinum cum clusuris, ripis et aquis, cum supradicti fluvii cursu, et viis ibidem intrandi et exiendi, servos etiam et ancillas, cum omnibus illorum pertinentiis; terras quoque in loco, qui dicitur Mazano, ubi ecclesia Sancte Marie constructa est, et casa Fabritta, posita in eadem terra, et qualiter exinat terra bone memorie Arichis principis, quas eidem monasterio per suum optulerat preceptum, usque in riaginem, et usque in fossato, et inde in fluvio Vulturno, et iterum in riaginem, servos quoque et ancillas ibi manentes; in civitate vero Salernitana villam, que Forana dicebatur; et res quas habebat in Capua; et in finibus Alife; in Telesia silvam, que Nigra vocatur, et molendinum cum inclito oliveto; in Benevento omnes domos suas et ortum cum pomeriis; molendinum etiam in fluvio Tensa cum oliveto, curtes, et berzaria, servos, et ancillas. Vir etiam illustris, nomine Imet Tandanco; optulit inclitam curtem suam et terram, quam habebat in finibus Benafronis; et inclitum molendinum in fluvio Sexto, propinquo ipsius urbis Benafronis, et cum servis et ancillis; condoma quoque in Punianellu; curtem et terram iuxta ecclesiam Sancti Pauli, et ecclesiam Sancti Laurencii; vualdora tria ad Sanctum Iustinum in Mefino et Patenara, et in casale qui vocatur ad Gruttule; casale Marcellinu, Sanctu Donatu,[Page 241]

casale Satrianu, et Iustinianu, ad Meianellu terre modica centum.

Vir etiam nobilis, nomine Romano optulit inclitam porcionem sue possessionis in finibus Telesie, idest casas, curtes, vineas, campos, silvas, prata; et in castello Meciano tam in montibus, quam in plano.

Vir etiam inclitus, nomine Maio castaldeus, optulit casalem, suum in finibus Capue, ubi dicitur Ponte Pozzolano; et casalem in monte Mariniano; et casalem in Caiacis cum ecclesia vocabulo Sancti Vincencii, cum inclitis finibus, servis et ancillis, et suis cespitibus.

Vir etiam clarissimus, nomine Iohannes de Vari, finibus Canosinis, optulit in eodem monasterio omnes res suas in finibus Tarantinis; et in finibus Orietanis; et in finibus Canosinis; et in finibus Acerentinis; et in finibus Beneventanis, idest casas infra ipsas civitates cum vineis, territoriis, campis, silvis, aquis, arboribus, casalibus, servis et ancillis, omnia et in omnibus sibi pertinentibus. et

Vir etiam magnus, nomine Maio filius Agemundi, optulit inclitam porcionem suam de casis infra civitatem Sipontus, et de casalibus, servis et ancillis, animalibus, omnium mobilium et immobilium, et pisces cum ipsas aras, et cum aqua de mari ad sippias prendendas, et alios pisces pro refeccione monachorum.

Vir etiam prepotens, nomine Petrus marepahis, optulit mediam curtem suam in Aquiluni; et curtem in Canerianum; et curtem in Lucania; et in Ficiniano; et in Tribiliano; et in Paterno; et in Cupuli.

Vir etiam strenuus, nomine Vuacco de Capua, optulit inclitam[Page 242]

porcionem suam in loco Assanu; et de fundis et terris in Baloneum; et in Niffio casas et curtes, vineas, prata, campos et silvas, cum inclitis territoriis et pascuis.

Vir etiam providus, nomine Magipertus optulit terciam porcionem totius substantie sue, quam habebat in vico Moleciano, finibus Lucerine, vel aliis locis, de casis et curtis, vineis et territoriis multis.

Vir etiam studiosissimus Aysilmius optulit inclitum casalem in Cancie, ubi Fligine vocatur, cum fundora sua, territoria, silvas et prata; et casalem in Insula, cum omnibus pertinentibus territoriis et rebus.

Vir etiam ditissimus, nomine Stephanus castaldeus optulit se ipsum cum duobus filiis suis Paldone et Tatone, cum omnibus rebus suis, cum casis intus Beneventanam civitatem, et casalem in Benevento; casalem in Apulia; casalem in Capua, cum ecclesiis

et aliis edificiis, limitibus et finibus, servis et ancillis, auro et argento, et animalibus multis.

Viri etiam duo, Lupo et Romano, germani fratres, optulerunt omnes res et substantias suas in finibus Telesie, casas, curtes, vineas, campos, silvas, prata et territoria in montanis et in planis.||

Viri etiam duo, germani fratres, nomine Adelferi et Madelfrid, optulerunt inclitas terras in finibus Benafro, in loco qui nominatur Fracta, servos quoque et ancillas, ibidem residentes.

Viri etiam duo, germani fratres, Radoaldus et Ragimpertus, optulerunt inclitas terras in finibus Benafro, loco Mazano; et in loco Toro, cum servis et ancillis ibidem residentibus.

Omnes isti supradicti viri, licet sub eodem felicissimo patre, sua optulerint suis temporibus, tamen sciendum quia, causa regie[Page 243]

dignitatis, prius regalia precepta scribere voluimus, ne forte error fieret legentibus. diversorum enim ducum, videlicet Grimoaldi, Siconis et Sicardi, atque Hildeprandi pater iste Iosue vixit temporibus. sed iam singula singulis monstremus descriptionibus.

DE SANCTO DONATO.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Regnante domno Carolo, excellentissimo rege Francorum atque

Longobardorum, anno regni eius in Italia, Deo propicio, quinto

Ego, in Dei nomine, Hildeprandus gloriosus et summus dux ducatus Spolitino, donamus atque concedimus in monasterio Sancti Vincencii levite et martyris Christi, quod situm est in territorio

Beneventano, super fluvio Vulturno, ubi Iosue venerabilis abbas

regimen tenet, ecclesiam Sancti Donati in territorio Comino, cum[Page 244]

terris et montibus, ubi ipsa ecclesia edificata est, et mons ipse nominatur

Pezzullu, habente fines: prima parte per cilium montis,

et descendit per serra, que nominatur Traversa; secunda parte via

antiqua, que dicitur Marsicana; tertia parte via, que vadit prope

ecclesia Sancti Felicis; quarta parte riagine, quae descendit inter

hunc montem et montem qui dicitur Aceru. quam et donamus in

iam dicto monasterio ipsum campum et terram, que vocatur Valle

Bona, coniuncta cum predicta via et monte Aciro, atque concedimus

in predicto monasterio ecclesiam || Sancti Iuliani in iam dicto

territorio, cum terris et aquis coniuncte, ubi predicta ecclesia edificata

est, habente fines: ab una parte terra et rivio, qui pergit

per valle de Castanietu; de alia parte riviu, qui dicitur de Malafide,

et coniungit se cum Fonte Vitula; da tertia parte via antiqua; quarta

parte descendente ipsa aqua et rivio de Fonte Vitula, et coniungit

cum predicto rivio de Castanieto. quam et donamus et concedimus

in predicto monasterio servos et ancillas nostras, qui ibidem

resident. Quam ob rem firmiter habeas iam. dicte venerabilis

abbas et pars iam dicti monasterii atque rectoribus eidem monasterii

et successoribus vestris. hanc donacionem atque concessionem

sit firmam et stabilem semper in perpetuum, ut a nullis potestatibus

vel nostris uxoribus ad pars iam dicti monasterii aliquando

contradicatur, sed per hunc nostrum preceptum hanc nostram donacionem

et concessionem firmiter valeant possidere. Data Spoletu,

in palacio, mense maio, per indicione prima.

DE BENAFRO.

In nomine Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Concessimus

nos, vir gloriosissimus grimoaldus, Dei providencia, Beneventane[Page 245]

provincia princeps, per rogum Aodoaldi referendarii nostri, -

in monasterio Sancti Vincencii martyris, qui situs est in finibus

Samnie, iuxta Vulturno flumine, ubi venerabilis vir Iosue abbas

custos esse videtur, curtem nostram, quam habemus in finibus territorio

Benafrano, cum inclitis terris et montibus uno se tenente,

et vocatur terra ipsa Cicerana, per hos fines: prima parte riagine

que nominatur Ravennola, unde per tempus aqua decurrit; secunda

parte iam dicto fluvio Vulturno; tertia parte via et silice, et quomodo

ascendit riagine usque in cilium montis de ipsa curte pertinentes;

quarta vero parte terras et montes publici. ideo in iam

dicto monasterio concessimus in integrum iam dictas terras et montes

per iam dictos fines possidendum, in ea videlicet ratione, ut a modo

et deinceps per hoc nostrum roboratum preceptum cuncta, ut superius

leguntur, tibi iam dicto Iosue venerabili abbati atque successoribus

et rectoribus vestri monasterii securiter habere et possidere ||

valeatis, ita ut a nullis ex nostris iudicibus, idest comitibus

seu castaldeis, vel a quibuscumque hominibus non babeatis de

predictas terras et montes aliquam requisicionem, sed perpetuis

temporibus possideatis. Quod vero preceptum, ex iussione tue

potestatis, scripsi ego Leo notarius Benevento, in sacro palacio

mense aprilis, tertia indiccione, feliciter.[Page 246]

DE SANCTA MARIA IN LOCO SANO, SERVIS ET ANCILLIS
In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Firmavimus
nos gloriosissima domna Scaniperga et dominus vir
gloriosissimus Liudprand, summi ducibus gentis Longobardorum,
per rogum Eufimie abbatisse et, oratricis nostre, in monasterio
beate Sancte Marie genitricis domini nostri Iesu Christi, quod fundatum
esse dinoscitur in locum, qui nominatur Loco Sano, ubi
Albileopa abbatissa regimen tenere videtur, hoc est condoma no-mine
Rodone cum uxore, filios et filias suas, vel cum integra
eorum pertinenca; et condoma nomine Candolus cum uxore, filios
et filias, vel cum omnia sua, qui habitare videntur in Viviano; et
condoma nomine Mauro cum uxore, filios et filias seu germanos,
vel cum omnia eorum pertinenca; condoma nomine Ansoald cum
uxore, filios et filias seu germanos, vel cum omnibus rebus eorum,
qui habitare videntur in Turri; condoma nomine Maroald cum uxore,
filios et filias, germanos seu nepote suo, vel cum omnia eorum
pertinenca; condoma nomine Marullo cum uxore, filios et filias,
seu germanos suos, vel cum omnia sua, qui habitare videntur[Page 247]

in[i]vi; simul et condoma nomine Agustaldo cum uxore, filios et filias
suas, vel cum omnia sua; condoma nomine Alissone cum uxore,
filios et filias suas, seu germanos suos, vel cum omnia eorum pertinentia,
qui habitare videntur in Baruli; condoma nomine Boniolo
cum uxore, filios et filias suas, vel cum omnia sua, qui habitare
videntur ad Sanctum Marciano in Frecento; condoma nomine
Audoald cum uxore, filios et filias suas, et cum omnia eorum; condoma
nomine Calvo cum uxore, filios et filias, et cum omnia sua,
qui habitare videtur || in Botonto; condoma nomine Ursus cum
uxore, filiis et filiabus, et cum omnia sua, qui habitat in Remelo;
simulque et casa infra hanc Beneventanam civitatem, qui fuit de
Radoin, que posita est ad Porta Aurea, et vinea que posita est ad
Sancto Vito in Quinto Decimo. secundum qualiter hec, que supra
legitur, in isto Dei loco concessum est a domno sancte memorie
Romoald socero et avone nostro, et per eius preceptum firmatum,
sed quia per pravos homines delibata sunt de nominatum preceptum
nomina de duas condomas, idest Calbi et Ursi, quem in
nostra ostendistis presencia, quem nostra gloria certam agnovimus
veritatem, continuo hunc nostrum firmissimum emisimus preceptum, quatenus a modo et deinceps habeatis et possideatis tam
vos,
qui supra Albileopa, quam et posteras vestras, et nullus ex nostris
castaldeis, aut accionariis, vel quisquani homo contra ea, que
nostra firmavit potestas, quandoque ire presu<meret>, nostra firmitas
omni tempore roborata permaneat. Quod vero preceptum
firmitatis, ex iussione et dictatu supra scripte domne Scaniperge,
scripsi ego Auderissius notarius. Actum Benevento, in palacium,
mense novembrio, per indiccione octava, feliciter.[Page 248]

DE ECCLESIA SANCTE FELICITATIS IN MONTE MARANO.
In nomine domini Dei salvatoris nostri Iesu Christi. Temporibus
domni viri gloriosissimi Grimoaldi summi ducis gentis
Longobardorum, anno felicissimi ducatus eius Deo propicio, octavo,
mense novembrio, indiccione quarta. Ego David, servus servorum
Dei, episcopus sancte Beneventane et Sipontine ecclesie, anno
episcopatus nostri, Deo favente, quarto decimo. Episcopali auctoritate
vel antecessorum meorum consuetudine fretus, ob salutem
et statum sancte nostre ecclesie et pro mercede anime nostre, concedimus
atque largimur in monasterio Beate Marie, sito Loco
Sano, ubi Auflada religiosa abbatissa regimen tenere videtur, ecclesiam
Sancte Felicitatis, longa iam vetustate corrupta, loco in
monte Mariano, cum terra, que circa ipsam ecclesiam est,
eo tinore in predicto monasterio eam subdidi atque tradidi, ut in
po||testate sit perpetuis temporibus prepositorum ipsius monasterii,
sic tamen ut ipsa ecclesia restauretur, et cellamibi sicut voluerint
constituant, et in sua eam providencia, sicut ceteras cellas pro-
prias habeant, et a nullis nostris successoribus vel quibuslibet sacerdotum[Page 249]

ordinibus aut actoribus sancte nostre ecclesie in eadem
ecclesia inferant oppressionem vel molestiam, sed sicut eam tradidimus
libero nomine, absque qualibet commocione, ipsum monasterium
et rectores eius habere, possidere et frui valeant.
Quod vero privilegium nostre concessionis et largitatis dictavimus
Luperis subdiaconus, et notario sancte nostre ecclesie tradidimus
ad scribendum. Actum Benevento, in sacratissimo nostro Beneventano

episcopio, astantibus sacerdotibus nostris et clero, et ad affirmandam nostram donacionem et largitatem anulo sancte nostre ecclesia firmavimus roborandum, ut stabile et firmum permaneat.

DE LISINE, SIPONTO, LIOCERE, CANOSE, TELESIE, CAUDETANIS TORCINO, NINFIO, PRISCIANO.

In nomine domini Dei salvatoris nostri Iesu Christi. Temporibus domni nostri viri gloriosi Grimoaldi, summi principis Longobardorum gentis, anno XIIIo. principatus eius, pridie kalendas februarii. Ego Radeprandus, filius idem Radeprandi, cogitans diem mortis mee, quicquid mihi apturi fuit, sicut subter legitur, dispono atque ex meis ordino facultatibus: primis omnibus inclitam meam piscariam et focem de lacu de finibus Lisine; et curtem meam quam habeo in finibus Siponto; quam et casalem meum cum ecclesia Sancti Martini in finibus Lucere; et curtem meam quam[Page 250]

habeo in finibus Canosine; et curtem meam et berzarium cum pomeriis suis et cum servis et ancillis meis, nomina illorum: Ugualdulo cum uxore sua nomine Trasecunda, Ermericlis cum Tudiperga uxore sua, Robbertus cum uxore sua nomine Trasiperga, cum filiis, filiabus suis et cum cespitibus suis, qui esse videntur in finibus Benevento, loco Lucerole; et inclitam curtem meam in finibus Telesie, propinquo predicta civitate, habente fines: da una parte via que pergit ad ipsum lacum, da secunda parte via et silice, tertia parte predictum lacum, da quarta parte || fine terra Lademari; et inclitam curtem meam quam habeo in finibus Caudetine, loco Paulisi, cum duos servos meos, qui ibidem ordinati esse videntur, uno nomine Dominico cum uxore sua nomine Audelinda, et Ursulo cum uxore sua Gualiperga et cum filiis, filiabus suis atque nepotibus, et cum cespitibus ipsorum; simulque et inclitum vualdum meum in finibus Torcine, inter quas sunt constructe ecclesia vocabulo Sancti Petri, et Sancti Martini, per hos fines: da una parte fluvio Vulturno, da duabus partibus riora, da quarta parte terra et silva et monte monasterii Sancti Vincencii; simulque dispono, cum omnia que prelegitur, in prefato monasterio Beati Vincencii inclitam ipsam curtem meam de Ninfio, qup nuncupatur Gualdellu, propinquum Vairano, habente fines: da tres partibus rivus, da quarta parte terra quod est castanieto Sancti Petri, cellula eiusdem cenobii, cum inclita ipsa terra mea ibique pertinentes mihi de Scaniperga sorore mea sanctimoniali veste induta, habente fines terra ipsa: da una parte rivio, da duo partes predicto castanieto,da[Page 251]

quarta parte via; simulque et dispono in prefato cenobio inclitam ipsam curtem meam, quam habeo in finibus Suesse, loco ubi nominatur Prisciano, ubi casam Fabrittam edificatam habeo, continente fines: da una parte rivio et formale ipsius rivi, quomodo vadit ipse rivus usque in terram episcopii Sancti Stephanii, ex alia vero parte cacumine montis, ubi edificatum est monasterium Sancti Martini, subiectum predicto monasterio Sancio Vincencii, da tertia parte fine terra predicti monasterii Sancti Martini, da quarta parte fine terra predicti episcopii et prefati monasterii Sancti Martini, simul cum personis: Theodoli cum uxore sua, et Iohannes cum Anastasia

uxore sua, Seriole cum Anna uxore sua, Natalellus cum Grisula uxore sua, et cum filiis, filiabus atque nepotibus ipsorum. in prefato monasterio Beati Vincencii martiris disposui atque iudicavi omnia que preleguntur, cum omnibus suis pertinenciis, cum viis et aquis et anditis suis, cum sepibus || et limitibus, et cum pertinenciis suis, et cum omnia inferiori ac superiora sua in prefato cenobio Sancti Vincencii martyris disposui et in perpetuum tradidi.

DE BENAFARO, LOCO MACZANO, ET IN FLUVIO SEXTO.

In nomine domini salvatoris nostri Iesu Christi. Temporibus domni nostri viri precellentissimi Grimoaldi, Dei providencia, Beneventane provincie principis, decimo anno principatus eius,[Page 252]

mense septembris, VIII indictione. Ideoque ego Alahis, filius bone memorie Arichis, pro redepmcione anime mee, per hanc meam chartulam offercionis, offero in monasterio Beati Vincencii levite et martyris, ubi Deo favente domnus Iosue abbas preest, omnes res et substancias meas, quas habeo intus vel foras civitate Benafro, hoc est casas meas Fabrittas, cum suis curtibus, que sunt posite super fontem fluvii qui dicitur Sexto; quam et ecclesiam nostram vocabulo Sancte Marie, que constructa est iuxta ipsum fluvium, cum suo ortale; quam et terras meas quas habeo in finibus Benafro, in loco qui dicitur Maczano, que sunt due pecie: prima pecia, ubi ecclesia vocabulo Sancte Marie constructa est, et casa Fabritta, que in eadem terra posita est, que habet fines iam dicta prima pecia qualiter exfinant terre et montes, que domnus Arichis,

bone memorie princeps, concessas habet per suum preceptum in iam dicto monasterio, secunda parte riagine que dicitur Ravennola, unde per tempus aqua decurrit, tertia parte fossato, et terras Iohannis Radoaldi, et terras Emelgrimi, et terras Paldoni, et terras Truppoaldi, quarta vero parte riagine; secunda pecia ibidem, que habet fines: prima parte fluvio Vulturno, de secunda parte riagine, que exfinat inter hec terra et terra Arichis principis, tertia parte iam dicta riagine, quarta parte fines habet terram Medanci; quam et offero in iam dicto monasterio inclitum molendinum meum, quem habeo in iam dicto fluvio Sexto, cum clusuris, ripis, aquis, et cum suo cursu et viis ibidem || intrandi et exiendi; iterum offero in eodem monasterio servos et ancillas nostras, qui in iam dictis terris habitant, quorum nomina hec sunt: Theodericus cum Pota uxore sua, Dominicus cum Rosa uxore sua, Ursulus cum Formica uxore sua, Petrus cum Angela uxore sua, cum filiis, nuribus, nepotibus, et cum omnibus suis cespitibus. Hec omnia in integrum offero ad possidendum eidem monasterio Sancti Vincencii in perpetuum.[Page 253]

DE BENEVENTO, SALERNO, TELESIA ET ALIFE.

In nomine Domini. Temporibus domni nostri viri precellentissimi Grimoaldi, Dei providencia, Beneventane provincie principis, mense septembris, VIII. indiccione. Ideoque ego Alahis, filius bone memorie Arichis, benigno desiderio, pro me redepmcione anime, per hanc meam chartulam conscripcionis, offero in monasterio Beati Vincencii, ubi Deo favente, Iosue abbas preest, omnes rebus substancie mee, que habeo in finibus Benevento et in Salerno; et rem meam quam habeo non longe ab ecclesia Sancti Medici, ubi Forano dicitur, vel que cetera nomina ibi vocatur, queque michi ibi a singulis hominibus datum fuit; simulque et rem meam quam habeo in finibus Capue, seu et in Telesinis et Alifanis finibus; simulque et silvam meam, que vocatur Silva Nigra, cum terra vacua in integrum, quam a parte bone memorie domni Grimoaldi concessam habui; nec non et molinum meum in Teonsa in integrum, cum oliveto quem a singulos homines comparatum et cambiatum habui; quam et insimul in prefato cenobio optuli omnes servos et ancillas meas, cum cespitibus et conquisitibus eorum; simulque et casas meas in civitatibus, tam in veteri Bene-vento quam et in Salerno cum berzario; et intus hanc Beneven-tum civitatem, tam de iuri parentum quam et quod ego emi, quam[Page 254]

et ipsam casam novam quam ego condidi, casam cum curte et berzario; quam etiam et omnia peculia mea, tam caballos domitos et indomitos, iumenta, bacce, porcos, pecudes, capras; quam et insimul omnem rem meam quicquid per diversa loca habeo vel habiturus fuero in iam dicto Sancti Vincencii eveniant monasterio possidendum, sine heredum || meorum vel cuiuslibet requisicione. Et hanc cartulam eo tenore Tundipertum notarium scribere rogavi. DE BENAFRO, LOCO MACZANO.

In nomine Domini. Temporibus domni nostri viri precellentissimi Grimoaldi, Dei providencia, Beneventane provincie princ<i>p<i>s, undecimo anno principatus eius, mense ianuario, decima indiccione. Ego enim Imed Tandanco, filius Teupi, per hanc meam chartulam offercionis, offero in monasterio Beati Vincencii levite et martyris, ubi Deo favente Iosue abbas regimen tenere videtur, inclitam ipsam curtem meam cum terra, quam habeo in loco qui nominatur Maczano, cum servis et ancillis, in finibus Benafro per hos fines: prima parte fluvio Vulturno, da secunda parte fines habet terra iam dicti monasterii, quam ante hos annos offertam habet Alahis in iam dicto monasterio, tertia parte fines habet riagine unde per tempus aqua decurrit, quarta parte fines habet terra Radoaldi et Ragimperti; quam et offero in iam dicto monasterio inclitum molinum meum, qupm habeo in fluvio qui dicitur Sexto, qui est positus sub ipsa fonte de iam dicto fluvio,[Page 255]

propinquum ad ipsam urbem Benafro, cum ripis et aquis, cum clusuris, et cum inclito suo cursu, et viis suis ibidem intrandi et exiendi; et sunt nomina servorum meorum, qui in eadem curte resident: Rodelgari cum Petronia uxore sua, Dominicus cum Franca uxore sua, Angelus cum Maria uxore sua, cum filiis, filiabus atque nepotibus, et omnibus suis cespitibus in iam dicto monasterio offero in integrum ad possessionem eiusdem monasterii et de eius abbatibus in perpetuum. Et si ego vel mei heredes hanc cartulam offercionis remove quiesierimus, obligo me et ipsos meos heredes composituros quadringentos solidos, et hec chartula offercionis

firma permaneat.

DE ALIFE, TELESE, MEFINU, PATENARIA ET CERENTUM.

In nomine Domini. Temporibus domni nostri viri gloriosissimi Grimoaldi, summi principis, Dei providencia, Longobardorum gentis, tercio decimo anno principatus eius, una die ante mense ianuario. Ego enim Imed Tandanco, filius Teupi, quicquid michi aptum fuit disposui atque ex meis ordinavi faccultatibus: primis || omnium integram porcionem meam de casale in Alife, excepto casam domnicalem cum curte et verzarium suum; et integram porcionem meam de casale in Telesias; et porcionem meam in Limata; et in Pulianello; et in loco Vulture; et res ad Lotazanu; et illos quam mihi de res quod ad Cardi debuit evenire porciones, hec nominativa loca cum omnia sua pertinencia in integrum Beati Benedicti monasterio optuli possidendum, preter servos et ancillas meas, cum suis cespitibus, quos volo ut liberi permaneant;[Page 256]

et condoma nomine Calbolu, cum cespite suo, qui resident in Punianellu; seu et porcionem meam et terram, quam habeo iuxta ecclesiam Sancti Pauli, quam et Beati Laureneii ecclesiam, que erga curtem meam esse videtur edificata, tradidi possidendum; vualdora tria ad Sanctum Iustinum ad Mefinu, et Patenara, cum omnia intro posita mea porcione, simulque et porcionem meam de casale, qui vocatur ad Gruttule, finibus Vulgarense, Beati Vincenti deveniant possidendum; condoma nomine Triencius cum Cineregra cespite suo, in quo resident in casale, qui vocatur Limpiianu, Deodone genitricis mee, et Adelgise et Tepeggise sorori mee sit ad vivendum; seu vinea et terra, que fuit de Maione portarario, que esse videtur iuxta Sanctum Angelum, nepotibus meis sint. post eorum defuncionem deveniant in possessionem Rodegise uxoris mee, si introierit in monasterio Sancte Sophie, cum Melperga et Adelgisa filie mee duo casales mei, idest Sanctu Donatu, finibus Cerentine, et in Arbita, eiusdem monasterii sint Sancte Sophie, casale Marcellinu et Sanctu Donatu; si uxor mea in monasterio intrare noluerit, nichil ad eam pertineant. insuper volo ut terra propinquo Sanctu Paulu, post obitum genitricis mee, sit nepotibus meis; et terra ad Meianellu modia centum; porcionem meam de casale ubi dicitur Satrianu; et alius in Sinianu; Vuallo cum uxore, filiis et filiabus, Ermulu, Ciori cum filiis et filiabus, omnia supradicta, si nepotes mei sine filiis defuncti fuerint, de predictis duo monasteria Sancti Vincencii et Sancti Benedicti relinquo in perpetuum. Et hunc scriptum ego Imed Tandanco manibus meis scripsi. Actum Benevento.[Page 257]

DE TELESIA.

In nomine Domini. Temporibus domni nostri viri gloriosi Grimoaldi, summi ducis gentis Longobardorum, anno secundo gloriosi ducatus eius, mense decembrio, per indiccione prima. Ideo-que ego Romano, filius quoddam Maioni, qui habitator sum in Telesia, per mea bona voluntate et salute anime mee, offero in monasterio beatissimi Sancti Vincencii, quod situm esse dinoscitur <erga> fluvio Vulturno, ubi nunc, Deo auxiliante, domnus Iosue vene-rabilis abbas regimen tenere videtur, omnes porciones meas, que esse videntur in finibus Telesie tam, et per alia loca ubicumque nobis pertinuerit habere, idest porcionem meam de casis cum curtis suis extrinsecus, case, vinee et territoria, campi, silve, prata, culta vel in-culta, tam in montibus quam in plano, peculia, de omnia et in omnibus meam porcionem in predicto monasterio, pro redepmcione anime mee offerui, et porcionem meam de casa in castello Telesino, qui positus est in castello Meciano, iuxta posterulam, ut omnia in potestate sint de predicto monasterio Sancti Vincencii in perpetuum.

DE CAIACIAS.

In nomine domini Dei salvatoris Iesu Christi. Octavo anno principatus domni nostri Grimoal, Dei providencia, Beneventane,[Page 258]

provincie principis, mense ianuario, per indiccione quinta. Constat me Maio castaldeus, filius bone memorie Maionis castaldei, per Dei <omnipotentis> providencia, videndo me multas faccultates vel divicias possidere, cepi cogitare futuri iudicii diem et eterne vite premia, ut me de manu inferni expellere valeam, offerui in monasterio Beati Vincencii levite et martyris Christi, quod fundatum est super Vulturno flumine in Samnie partibus in primis: easalem meum in finibus Capue, in loco qui nominatur Ponte Pozzolanu; et casalem meum, qui nominatur in Monte Marini, cum servis meis et ancillis, quorum nomina hec sunt. Auderamo, Mefido, Teudeperto, Rimelgari cum uxoribus et filiis vel filiabus suis, cum nuribus et nepotibus, et cum cespitibus eorum; et casalem

meum inclitum, quem possideo similiter in finibus || Caiacias, cum ecclesia mea vocabulo Sancti Vincencii, quam supradictus genitor meus in eius honore insimul mecum construximus, pro nostre anime remedio, per finibus istis: prima parte per serra de monte, qui vocatur Camarda, quomodo vadit per ipsa serra in Lota Monda per ipse Pentome, quomodo salit in ipso Morrone, usque in Aqua Fonda; secunda parte monte, qui vocatur Aquibaru, et quomodo salit per serra eiusdem montis et perexit usque in serra de Bafro monte; tertia parte monte, qui vocatur Ragitu, et perexiente in monte, qui dicitur Cesa Ripi; quarta vero parte Rabe et via antiqua[Page 259]

, qui pergit in monte, qui Tra<g>uni dicitur, et quomodo salit usque in serra eiusdem montis, et descendit in eadem via, et pergit in rivio de Pluciano, usque ad Sanctum Andrean; simulque offero in eodem sancto cenobio ipsos servos et ancillas meas, qui iuxta eadem ecclesia resident, quorum nomina sunt ista: Benerulo, Auderamulo, Lupo, Ianipertulo, Ilmericulo cum uxoribus, filiis et filiabus suis, cum nuribus, nepotibus, et cum cespitibus suis, insimul et cum pertinenciis eorum, Deo simul et eius sancto monasterio offerui ad semper habendum, et possidendum, et faciendum exinde quicquid ad eodem sancto cenobio placuerit, ea ratione ut aperta et divulgata sit semper hec mea chartula offercionis ad omnes fideles Christi, ita ut a nullis fidelibus dirrumpantur vel alienentur. et obligo memet ac filios et heredes istam chartulam offercionis defendere cum iam dicta ecclesia, seu predicte terre et montes, et iam dictis servis et ancillis, cum suis inclitis cespitibus da omnes homines vel da sede episcopale. et si aliquando ego, vel mei heredes, hanc chartulam in aliquibus molestare vel contrari temptarique voluerimus, mille mancosos componere obligamus in eodem sancto monasterio. Quam enim chartula offercionis et subiugacionis firma permaneat. Actum Benevento.
DE APULIA.

In nomine Domini. Quintodecimo anno domni nostri Crimoald principis, mense marcius, indiccione prima. Licitum quippe[Page 260]

et dignum est omnipotentis Dei nostri cum graciaram accione laudem reddere, qui nobis tantum tribuit largi||tatem, ut omnia nobis oportuna pacifice disponere valeremus. Quapropter ego Iohannes, filius quondam bone memorie Pandonis, qui nunc sum habitator intus civitate Vari, Canosinis finibus, declaramus, eo quod contigit mihi quod non sperabam, dum sine filiis vel filias me esse cognosco, sed tamen dispensacio Dei iusta est, et quod ille vult hominibus cicius fiet. pro ideo cum arduo atque benigno desiderio, et pro salute anime iam nominati genitoris mei, et pro mercede a<nim>e Trasiperge dilccte genitricis mee, et pro remedio anime Pantoni et Radoaldi dilectis germanis meis, et pro anima mea, atque Rodelgise dilecte uxoris mee suscipiendum remedium offero atque concedo primis Deo, et beatis monasteriis Sancti Benedicti, et beati monasterii Sancti Vincencii, qui forciores sunt, hoc est integra res mea, que mihi legibus pertinet, infra provincia Beneventi: idest res de iam dicto genitore meo, et de nominata Rodelgisa uxore mea, et de dictis germanis meis, et quod diximus, quod mihi pertinuit de uxore mea infra finibus Tarantinis, et pertinuit Pantoni germani mei de uxore sua Firmigisa, infra finibus Orietanis, vel et ubicumque insimul, et de res, quod pertinuit Radoaldi germani mei, et de uxore sua; quam et undecumque vel quomodocumque eis res pertinuit infra finibus Canosinis, seu et in quovis locis, sive undecumque vel quomodocumque mihi res per lex pertinuerit infra iam nominatos fines de provincia Beneventi,[Page 261]

in integrum offerui ipsas res meas in prenominata monasteria. in tali vero ratione ipsas res offerui, ut dum dominus Deus omnipotens mihi spacium vite donaverit, integras ipsas res meas in meam reservo potestatem iudicare quomodo aut qualiter voluero, et omnia que exinde iudicavero vel fecero, omni tempore stabile permaneat, et quod iniudicatum remanserit post meum obitum, eveniat in potestate de predicta monasteria, excepto si dominus Deus omnipotens mihi filios aut filias de legitima uxore dare dignatus fuerit, integra ipsa res mea in eorum eveniat potestate, ut ipsi exinde faciant que voluerint. nam, sicut superius diximus, de omnibus rebus meis infra finibus Beneliventi, seu et in Canosinis finibus, et in finibus Acerentinis, quam et in Tarantinis, vel in Orietanis finibus, idest casis infra ipsis civitatibus, et de foris casalibus, casis, vineis, territoriis, campis, silvis, aquis, arboribus, pomis fructiferis atque infructiferis, omnia et in omnibus,

quantumcumque mihi pertinuit de predicto genitore meo, et de iam dicta uxore mea, et de nominatis germanis meis, seu et de ipsis uxoribus eorum, sive undecumque vel de quacumque ratione mihi res pertinuerit, stabile quod est possibile, totum in integrum offerui ipsa in beatissima monasteria: tali ratione, sicut super continet, ut dum ego vixero, integra ipsa res mea in mea sit potestate vendendi, donandi, in aliis locis pro anima iudicandi, vel quomodo aut qualiter voluero; et omnia, que exinde fecero, vel iudicavero, firma permaneant, absque contradiccione cuiuslibet persone. simili modo et si filium vel filiam de legitima uxore habuero, in integrum eorum eveniat potestatem, ut ipsi faciant exinde quod voluerint. et si sine filios vel filias de legitima uxore defunctus fuero, omnes res meas, que iniudicate remanserint, absque servis et ancillis, eveniant in potestate de ipsa sacratissima monasteria, que super continet. Et cartula offercionis in nominata ratione sit firma, sicut te Usilperto notario scribere rogavi. Actum intus civitate Vari.[Page 262]

DE SIPONTO, EX TERRIS ET AQUIS.

In nomine Domini. Temporibus domni nostri viri gloriosissimi Grimoaldi, Dei providencia, Beneventane provincie principis, anno septimo felicissimi ducatus eius, mense iulio, quinta indiccione. Christo enim domino largiente tribuit licenciam, ut qui se a suis suppliciis voluerit redimere, eumque Creatorem de suis propriis honorare substanciis. Ob quam igitur rem ego etenim Maio. filius bone memorie Agemundi, pro Christi et Salvatoris mei misericordiam, cepi disponere de rem meam, quod si, iusto Dei iudicio, in quacumque [.....] mors preoccupatus fuero, non inparatum anta eternum iudicem ductus fiam. propterea, compulsus Dei omnipotentis misericordia, et pro salute anima mea, optuli in monasterio Sancti Vincencii, || ubi nunc, Deo volente, domnus Iosue reverentissimus abbas preesse videris, integram meam porcionem de casis intra civitatibus, casalibus, servis et ancillis, peculia mea mobilia et immobilia, omnia et in omnibus meis faccultatibus de quantum me sortes contigerit ab tres filie mee, vel si amplius filiam procrearem, similiter habeant suam porcionem. et si, auxiliante Domino, masculinum filium fecerim, volo enim ut in eundem monasterium Sancti Vincencii vadat cum porcionem suam, si voluerit; quod si noluerit ipse filius meus in eundem monasterium introire, ut habeat sibi ipse suam porcionem de rem meam,[Page 263]

sed sub hoc tenore, si prius decesserit quam rem suam possit iudicare, res ipsa in eundem monasterium eveniat, et puero nomine Lauteri, et Palumbus, et Affino piscatorii cum ipse are in Sipontu, et cum aqua de mare ad sippie prindendum. volo enim, dum diu vixero, mee potestati serviant rem meam tantum laborandi et cultandi, nam nulli hominibus, aut cuique dominandi, scepto de quanti servi vel ancille liberi dimiserimus, aut si eorum dederimus pecia de terram, que foras casalem pertinet, nam alia omnia et in omnibus ipsam meam porcionem, sicut iam diximus, post meum discessum in Sancti Vincencii monasterio eveniat in possessionem ipsi piscatori, et aras ad pisces prendendos Sancti Vincencii eveniant post meum discessum in potestatem monasterii ipsam meam porcionem; tantum ipsam mea piscacionem., dum vixero, equaliter dividamus cum Sancti Vincencii monachis. et de ipse filie mee volo, si antea decesserint prius quam viro copulentur, rem eorum eveniat in suprascripto monasterio, ubi ipsam meam porcionem dedi, sicuti te Arnipertum notarium scribere rogavi. Actum Beneventi, mense et indiccione suprascripta, feliciter.

DE APULIA IN CAMERIANO, AQUILUNI, LUCANEA, FICIANO, TRIBILIANO, PATERNO ET CUPULI.

In nomine Domini. Undecimo anno principatus domni Grimoald, mense marcio, decima indiccione. Ideoque ego Petrus[Page 264]

maripahis, filius quondam Vasonis, per hunc privilegium disponere previdi, ut iustum Dei iudicium morte michi || evenerit, volo ut in monasterio Beati Benedicti, situm castro Casino, eveniat inclitam curtem meam, quam habeo in macle Macie, finibus Apulee; et in monasterio Sancte Sophie, situs hanc Beneventi civitatem, eveniat inclitam curtem meam, quam habeo in Bentecano: predictae curtes cum omnibus suis pertinenciis, excepto servos et ancillas; de re vero, que fuit quondam Iohannis germani nostri, et inde disposuit, ut sorte eius, quantum ei a me et a germanis meis in Cameriano evenit; et media curte mea in Aquiluni; et medietate de ipsa sorte ipsius Iohannis Lucanca, in que mihi ab

Audone germano meo in sorte evenire debuit; quam et integra sorte eius in Ficiniano; et in Tribiliano; seu et medietatem de sorte eius in Paterno; et medietatem de sorte eius in Cupuli. de hec omnia, que fuerunt predicti Iohannis, si filii mei voluerint ipsi emere, dent per sacerdotes pro anima ipsius Iohannis iustum precium, et rem ipsam ipsi habeant; si vero noluerint, res ipsa in integrum in Sancti Vincencii monasterio, situs super fluvio Vulturno, eveniant. de substantia vero, quam habeo in finibus Lacinianenses, que mihi pertinet de Tassilone et Benedictus, volo ut ipse filie 20 Tassilonis habeant suam porcionem de omnibus rebus genitoris sui de mobilibus et de immobilibus, de servis atque ancillis, et de omnibus peculiis; reliqua res, que remanserit de ipsius Tassilonis substantia, si filii mei voluerint emere, habeant sibi rem ipsam, et precium quod valuerit dent per sacerdotes pro anima ipsius Tassilonis; servi vero vel ancille, quantum eiusque Tassilonis fuerint porciones, vadant pro eius anima soluti et liberi cum suis cespitibus;

[Page 265]

si autem ipsi filii mei emere noluerint rem ipsam, quantum eius fuerit porcionem in integrum in Sancti Benedicti eveniant monasterio, et predicti servi et ancille eius porcionem cum suis cespitibus liberi, ut dixi, vadant. de re autem, que mihi pertinet de Benedicto et de ipsa uxore eius, de quarta que ei pertinet, quam michi ante hos annos dedit, similiter disposui: si filii mei rem ipsam emere voluerint, iusto precio pro eorum et mea anima per sacerdotes dare debeant; quod si fortasse eorum non fuerit congruum rem ipsam comparare, totum in integrum in Sancti Benedicti monasterio eveniant in possessionem, excepto servos atque ancillas, qui vadant liberi et soluti cum suis cespitibus. ea ratione hec omnia, que superius legitur, disposui, dum ego vixero mee sint potestati in omnibus faciendi que voluero, et quicquid exinde in alia parte iudicavero stabile permaneat. nam si in vita mea de hoc, que superius legitur, in alia parte non iudicavero, et in isto tramite remanserit iudicatum, omnia, sicut supra dictum est, post meum obitum sic permaneant, sicut adfectum est, ita tamen hic subitus affigimus, dum ego vixero, serviant mihi ipsi filii Grasoaldi; post vero meum obitum, habeant salva libertate sua ad filios meos ungentiam ad Sanctu Angelu in Gargano, et in exercitu ambulandum, amplius nichil aliquam habeant occupationem. Ego qui supra Petrus te Tundipertum notarium, ut scriberes rogavi, e tenore ut munimen istud mihi reddere deberent; post tradito complevi et reddidi. Actum Benevento.

25 DE NIFFIO ET ASSANU.

In nomine Domini. Anno principatus domni nostri Grimoaldi .XIIo, mense februario, undecima indiccione. Ideoque ego

[Page 266]

Vuacco Capuano, filius quondam Lupi, dum iacerem in lectulo meo in valida infirmitate, tamen sana mente mecum habendo et loquendo recte, pro redemptione anime mee, ut de peccatis meis requiem invenire possim, constitutum per meum scriptum collectarium, qui scriptum est per Rodipertum notarium, ut per hanc chartulam offertum devenire in monasterio Sancti Vincencii, idest in integrum ipsa mea sorte in loco Assanu; et sorte mea de ipsa fundora, et terra in loco Baloneu; quantum mihi de Chunipertu pertinent in loco Niffiu, quod mihi de Ermetruda genitrice mea ibi pertinet, tam casis, curtis, vineis, pratis, carnpis et silvis, et pascuis cunctis, que in ipso territorio ibi pertinent, cum integris finibus et viis suis, offertum devenire in iam dicto monasterio, antepositos servos et ancillas inde commorantes, et concessio illorum quod ibi non offerui. in ea videlicet ratione ista omnia, ut supra, offerui ut dum ego advixero, et si Audildis uxor mea super me restiterit et non nupserit, tunc ad usufructuario nomine nostre esset potestatis; post vero nostrum amborum transitum a presenti. his dictis rebus in eodemque monasterio deveniri, quomodo superius legitur, potestati. et neque a me, nec meis heredibus etiam, nec nullis quempiam homines de hoc aliqua inferatur molestia, sed qualiter superius legitur perpetuis temporibus firmum et stabile debeat permanere. Et qualiter ego, qui supra Vuacco, pro redemptione anime mee feci, taliter te Rodipertum notarium rogavi scribere. Actum in Capua.

[Page 267]

DE LUCERE IN MOLEZANO.

In nomine Domini. Temporibus domni nostri viri precellentissimi Grimoald, Dei providencia, Beneventane provincie princeps, undecimo anno principatus eius, mense ianuario, decima indiccione. Ideoque ego Magipertus, filius quondam Maioni, habitator

qui sum in vico, qui vocatur Molezano, Lucerine finibus, dum me in gravi essem infirmitate, sed recte loqui potui, propterea cum arduo atque benigno desiderio offerui in monasterio Sancti Vincencii, situs in Samnio, super fluvio Vulturno, ubi venerabilis Iosue abbas regimen tenere videtur, terciam porcionem ex omni substantia mea, quas habeo in suprascripto vico, vel ubicumque meum approbatum fuerit de casis et curtis, de vineis, territoria, cultum vel incultum, pratis, campis, silvis et pascuis, excepto mobiles et pastino uno ante casa mea, quod in mea reservavi potestate. ea ratione, quod si filium masculinum legitimum reliquero, ipsa tertia porcione, sicut supra legitur, deveniant in suprascripto monasterio, et si feminas filias reliquero, medietate de re mea deveniant in suprascripto monasterio; et si sine filiis vel filias decessero, in integro omnis res mea et substantia mea, quantum in illis diebus paruerit, in ipso Sancti Vincencii monasterio deveniant permanendum, et perpetuis temporibus possidendum, || sine cuiuscumque molestacione. tamen, dum vixero, in mea sit potestate, nec alio modo aut cuilibet vel ubicumque dare, nisi regere, et usufructuare me licere. Et hanc chartulam offercionis in suprascripta ratione firma permaneat, sicut te Teoderamum notarium scribere rogavimus. Actum Moleciano.[Page 268]

DE CANCIA ET INSULA, LOCO FLIGINE.

In nomine Domini. Septimo anno principatus domni nostri Grimense septembrio, indiccione sexta. Ideoque ego Aysilmius, filius quondam Posuni, cogente que Dei sunt, et pro redepmcione anime mee, ut nobis pius Deus in vita eterna suam misericordiam facere dignetur, offero in monasterio Sancti Vincencii, ubi vir venerabilis Iosue abbas Dei officium peragere et preesse videtur, qui edificatum est ipsum monasterium prope unde exurgit Vulturnus, in primis offero casalem meum in Cancie, ubi Fligine vocatur, in primis case cum fundora sua, territoria, silve, prata, pascua, cultum vel incultum, omnia et in omnibus quantum in ipso nominato casale fuerit inventum in ipsum sanctum locum offerui ad possidendum, excepto quarta parte, que ante hoc: tempus in morginca apud Alamanne uxori mee datum habeo; et offero alium casalem meum in Insola, cum omnia sibi pertinencia territoria, vinee, silve, prata, pascue, omnia et in omnibus quantum fuerit in ipsis casalibus inventum in ipsum sanctum locum offerui ad possidendum, excepto de quarta una, que per morganatu Alamanne uxori mee datum habeo. sed hoc tangimus, ut omnibus diebus vite mee, qui supra Aysilmius, in mea sit potestate laborandi, usufructualiter annualiter tollendi; similiter et si Alamanna, post meum transitum, lectum meum custodierit, inecius sit potestate ad vivendum, eo tenore sicut ea mihi reservavi; post vero nostrum discessum amborum, remaneat in ipsum sanctum locum. Et hanc offercionem in suprascripto tenore a me Aysilmio factam te Eudela<u>pu presbiter scribere rogavi. Actum in monte Marsico, coram testibus.||[Page 269]

DE BENEVENTO, APULIA ET CAPUA.

In nomine Domini. Temporibus domni nostri viri precellentissimi Grimoaldi, Dei providencia, Longobardorum principis, anno duodecimo principatus eius, mense octubrio, undecima indiccione. Licet etenim benignissimo atque misericordissimo Deo regi regum et dominus dominancium monitis sermones, bonorum nostrorum fructibus dignis misericordia honorare, et ex largitate Domini dominorum puro corde oblationes offerre. Ob quam igitur ego Stephanus, castaldeus et filius quondam Paldoni, offero me cum duobus filiis meis Paldone et Tatone in monasterio Beatissimi Vincencii, quod situm est super fluvio Vulturno, ubi nunc, favente Deo, reverentissimus Iosue abbas regimen tenere videtur, cum omnibus rebus substantie mee, quicquid habere visus sum, casis intus Beneventana civitate et extrinsecus casis, peculia maiori et minori, servos et ancillas, mobile et immobile, casales in partibus Beneventi; et in Apulia; et in Capuanis finibus; et in omnibus locis ubicumque habere visus sum, cum ecclesiis et cum omnibus edificiis ubicumque habere vel visum potuerit, cum coherencia et subiacentia, seu cum diversis limitibus et finibus, cum predictos servos et ancillas, auro et argento, cuncta et omnia funditus optuli in prefato monasterio. in ea videlicet ratione, ut dum ego et Tato[Page 270]

et Paldo advixerimus, nostre sit potestati usufruendi, ordinandi et laborandi, nam non vendendi, nec donandi, vel in alia ecclesia offerendi, nec per quolibet ordine aut ingenio alienandi et, post

nostrum discessum, si Imetrada uxor mea et Radegisa et Arnegisa et Leopola advixerint, qualiter chartula singulorum ostenderit, quod nos illis dederimus ad vivendum, habeant usufruendi dum advixerint; nam, ut dudum diximus, post nostrum et illorum discessum, totum, ut superius diximus, cum servis et ancillis, ubique habitantibus aut residentibus, et cum mobile et immobile, cum coherencia et subiacencia, et cum omnia superposita vel edificata, et cum diversis limitibus et finibus, ut sepius diximus, revertantur in prefato monasterio et eius rectoribus ad semper habendum. et neque a me, neque ab heredibus meis, neque a nullo quempiam homine numquam habeant || aliquam reprehensionem vel molestacionem, sed perpetuis temporibus hanc meam oblacionem firma permaneat. Quam enim chartulam offercionis in suprascripta ratione Maione notarium, ut scriberes, rogavimus. Actum Benevento, mense et indiccione suprascripta, feliciter.

DE MURRACO, ECCLESIE SANCTI SALVATORIS IN VERDETO.

In nomine domini Dei. Temporibus domni nostri viri gloriosi Grimoaldi, summi principis Longobardorum gentis, anno .VIIIo principatus eius, mense iunio, VIa. indiccione. Ideoque ego Ausoaldus, filius quondam Arecausi, de vico qui dicitur Murraco, captus atque compulsus Dei omnipotentis misericordia, et pro remedio anime mee vel parentum meorum, optuli atque offerui omnes rebus substance mee in ecclesia Sancti Salvatoris, qui fundatus[Page 271]

esse dinoscitur in Verdeto, ubi Vuiselgari prepositus c<ura>m peragit, ce1la monasterii Sancti Vincencii, ubi, gracia Dei, Iosue abbas regimen tenere videtur, integram meam porcionem, quantum cum lege a filiis nostris, qui nunc sunt, vel in antea michi Dominus dignatus fuerit dare de uxore legitima. ea namque ratione ut diebus vite mee in mea sit potestate laborandi et regendi et de usu quieto vivendi; nam non habeam licenciam neque vendere neque donare, nec in aufrugio sive quolibet alio loco sanctorum offerre; post vero meum discessum, quicquid porcione, ut dixi, esse secundum lex ut filii mei regere debuerint, totum in eodem loco sancto deveniat; et si sine filiis aud filias defunctus fuero, totum in integrum sicut supra ibi deveniat, ut neque a me sicut supra, neque ab heredibus meis, neque a nullo quemquam homine numquam habeat aliquam questionem, aut reprehensionem, sed in perpetuum cunctis tem-poribus firma et stabilis permaneat, sicut te Castechis presbitero et notario scribere rogavi. Actum in Verdeto, mense et indiccione suprascripta, feliciter.

DE TELESIA.

In nomine Domini. Temporibus domni nostri viri gloriosi Grimoaldi, summi ducis gentis Longobardorum, anno primo gloriosi ducatus eius, mense decembrio, per indiccione decimaquinta. Ideoque nos Laupo et Romano, germani filii quondam Maioni, habitatores || sumus in Telesia, per nostra bona voluntate et pro mercede et salute anime nostre, quo possimus animas nostras expellere de inferno, offeruimus in monasterio beatissimo Sancti Vincencii, qui situs esse dinoscitur erga fluvio Vulturno, ubi[Page 272]

nunc, Deo auxiliante, domnus Iosue venerabilis abbas regimen tenere videtur, omnes rebus substance nostre ibidem offerimus, que esse videntur in finibus Telesie tam, et per alia loca unicumque nobis pertinent vel pertinentes fuerint, idest case, curtes extrinsecus cum vineis, territoriis, campis, silvis, pratis, culto vel inculto, <in> montibus tam, et in plano, peculia omnia, et in omnibus omnem nostram substanciam in predicto monasterio, pro redepmcione anime nostre offerimus. eo tenore, ut dum nos qui supra Laupo et Romano germani vixerimus, ipse res in nostra sint potestate tantum ad laborandum, usufrugiendi, vivendi, nam non vendendi, aut in alio monasterio offerendi, aut quolibet modo alienandi; post vero nostrum discessum integra omnes res nostra deveniat in possessionem de ipso sancto monasterio. preterea volumus, ut si digna genitrix nostra super nos vixerit et lectum genitoris nostri secundum ordinem custodierit, habeat ad vivendum ipsam curtem nostram in Satroniano, diebus vite sue, et post obitum eius deveniat ipsa curte in integrum in potestate de predicto sancto monasterio, ut neque a nobis, neque ab heredibus nostris, neque a nullo quoquam homine numquam habeat licencia alienandi; post vero nostrum discessum, contra nostram offercionem causare aut molestare presumpserit, set qualiter supra diximus semper firma et stabilis in suprascripto sancto monasterio permaneat. Quod vero offercio in suprascripta ratione te Maio notarium taliter scribere rogavimus. Actum in atrio Sancti Vincencii, in lobiniola, mense et indiccione suprascripta, feliciter.

DE BENAFRO, LOCO FRACTA, TERRIS, SERVIS ET ANCILLIS.

In nomine Domini. Temporibus domni nostri viri precellentissimi Grimoaldi, Dei providencia, Beneventane provincie principis, sextodecimo anno principatus eius, mense ianuario, indiccione xv. Si igitur humani generis non obisset, cur certamen de sua fide relinquendum ordinandum potuisset, || dum omnes, qui vivimus, morimur? Ego enim Adelferi et Madelfrid, viri germani, filii quondam Roffrid, cogitantes diem mortis et eterne vite premia, et Domini nostri salvatoris misericordiam, quicquid nobis aptum est, et pro redepmncione anime nostre, per hanc nostre offercionis chartulam, offerimus in monasterio Beati Vincencii levite et martiris, quod situm est supra fluvio Vulturno, in finibus Samnie, ubi, favente Deo, losue abbas preest, inclitas terras nostras, quas habemus in finibus Benafro, in loco qui nominatur Fracta, per hos fines: da una parte fine fluvio Vulturno; da spcunda parte fine riagine, que dicitur Ravennola, unde per tempus aqua decurrit; tercia parte fine habet silice; quarta parte fine habet riagine; quam et offerimus in iam dicto monasterio servos et ancillas nostras, qui in iam dicto loco habitant, quorum nomina hec sunt: Benafranulo cum Agatula uxore sua; Marulo cum Erisindula uxore sua; Turbulo cum Mainola uxore sua, cum filiis, filiabus atque nepotibus suis, et cum inclitis suis cespitibus, et cum viis suis ibidem intrandi et exiendi, et cum omnia inferiora ac superiora sua[Page 274]

in eodem monasterio offeruimus iam nominatas terras et iam nominatos servos et ancillas nostras, et cum inclitis cespitibus illorum integras offeruimus ad possessionem eiusdem monasterii, et de eius abbatibus atque rectoribus ad faciendum exinde omnia, que ad pars predicti monasterii placuerit, unde nec nobis nec alii cuilibet nullum reservavimus, sed integra ipsa omnia in eodem monasterio offeruimus, ut diximus. et obligamus nos, qui supra Adelferi et Madelfrid, viri germani et nostros heredes integras nostra offerciones defendere et antestare semper in parte predicti monasterii ab omnes homines, ab omniq[ue] partibus; nam si nos, qui supra Adelferi et Madelfrid, aut nostri heredes hanc cartulam offercionis, de quibus continet, dirumpere aut remove[re] quesierimus, et non compleverimus in pars predicti monasterii ea omnia, ut diximus, ducentos solidos pena nos et nostros heredes in iam dicto monasterio componere obligamus, et hanc cartula[m] offercionis, de quibus continet, firma permaneat. Et taliter nos, qui supra Adelferi et Madelfrid, pro redepmncione anime nostre, fecimus et te Tundiperturn notarium scribere rogavimus. Actum Benevento. || DE LOCO PALAZU ET CENTORA.

In nomine domini Dei salvatoris nostri Iesu Christi. Temporibus domni viri gloriosi Grimoaldi, summi ducis gentis Longobardorum, anno .Xlo. felicissimi ducatus eius, mense maio, indiccione VIIa Ideoque ego Graffolus, filius quondam Godeperti,[Page 275]

habitante me in vico, qui Palaczu vocatur, dedimus atque offerimus in ecelesia beati Sancti Vincencii filium meum nomine Donasdei, simul eciam cum sorte sua de omnia in omnibus quicquid habere visi sumus in ipsum suprascriptum locum in Palaczu; seu et in Apulia, loco qui dicitur Centore, excepto medietatem quam ego filie mee donavi, et excepto vinea et territorio, quem da Adeperto emptum habui. in eo tinore, ut dum in terra ego qui supra Graffolus advixero, ista omnia, que superius leguntur, in mea sit potestate, non bindendi, non donandi, [.....] ad alium hominem pertingat transmigrandi, nisi usufructu inde tollendo; post meum vero discessum, ista omnia, que superius scripta sunt, in monasterio Sancti Vincencii debeant permanere, ubi abbas losue deservire videtur, in eo tenore, ut habeat et possideat tam ipsum sanctum locum, qam et abbas, qui in ipsa sancta ecclesia preordinatus fuerit. Et hec cartula offercionis in suprascripta racione, <ut> omni tempore firma permaneat, Sentari notarium scribere rogavimus. Actum in ipso suprascripto loco, in curte ipsius Graffoli, mense et indiccione suprascripta, feliciter.

DE YSERNIA.

DEDIT eciam idem Graffolus in eodem venerabili monasterio quecumque illum possidere contigerat in civitate Ysernia, idest vigintiquinque casas de servis, et ecclesiam Sancti Angeli cum pluribus subiectis cappellis, et molendinum in flumine Padu-littu, limatas eciam iuxta civitatem, atque casales, et alias possessiones sibi pertinentes.[Page 276]

DE APRUCIO.

DISCENDUM quoque nobis possessio in Aprutino comitatu sit: in primis ecclesia Sancte Marie in Arole cum ipsa curte, per

mensura modiorum DCC. cum septem molendinis; in curte, que dicitur Valle, modia quingenta; in Marmora; in Ariano; in Macroniano modia mille; in Septeniano modia mille; in Rumeliano modia CCCa.; in Micciliano et in Salcucci.]]

Iam vero ea, que in Pinnensi comitatu venerabili monasterio preciosi martyris Vincencii concessa sunt, nominative declaramus: DE PINNE.

In primis ecclesiam Sancte et gloriose virginis Marie in Musano, cum omnibus suis pertinenciis, terris et villis, servis et ancillis, cellis et cappellis in Cellino; et in Caphagio, usque in fluvio Gomanio, <et usque in fluvio Maone, et usque in fluvio Fine, et usque riu de Septeniano>; item in Musciano ; in Variano; in Bussi; in Castelli; in Caprufico; in Fluriano; in Plubico; in Perito; in Castricciano; in Kyniano; in Cisiano; in Titiliano; in Lucciano; in Estagiano; in Marciano; in Bassiano; in Conteniano; in Colle; in Plaie; in Ulcitulo; in Petragemini; in Cillice; in Novarco; in Fara; in Laureto, cum ecclesia Sancte Marie; in Gualdo, cum ecclesia Sancte Marie in casa Fabri, cum ecclesia Sancte Marie; in oppido Casale Planu, cum ecclesia Sancti Quirici,[Page 277]

Sancti Vincencii, Sancti Martini, Sancti Eusanii, et Sancti Concordii; item curtem in loco Grassici; et Luczano, cum ipsa ecclesia Sancti Concordii; curtem in loco Carpeneto, cum ecclesiis Sancte Marie et Sacti Vincencii, iuxta fluvio Fine, cum suis pertinenciis, et inclito ipso castello Trotte; curtem in Uniano, cum ipso castello integro; curtem in Stappelliano; et Telesia, cum Caprariza, et cum ipse valli; curtem in Pelezano; et in Macroniano; et in Ferronia; et in Coccinule; et ad ipse Fonticelle, cum ipso castello, quod dicitur Marmora; et in plano, iuxta flumine Fine, ecclesia Sancte Lucie cum sua pertinencia; curtem Cerretu, cum ipso castello; curtem de Passurano; curtem de Partelongae, curtem de Cuculino; et in Valle, cum ipsa ecclesia Sancti Petri, et in Mortula; et in Paterno, cum Sancto Martino, qui dicitur Caput de Pluniba; curtem de Valle, cum duobus castellis, cum ipsa ecclesia Sancti Andree, loco qui dicitur Pinna; curtem de Conteniano; curtem de Cartafago; curtem de Colle de Rode; curtem de Romellano; curtem de Casa Marana; curtem de Colle Fulloni; curtem de Ruzano; curtem de Sala; curtem de Meleniano; curtem Sancti Petri de Bubeta; curtem Sancte Marie de Telesia; curtem de Favale; et in Marcanello; in Caraniano; in Tofani; in Canale; in Plubico, et usque in Gomanum fluvium.]][Page 278]

DE BENAFRO, LOCO MACZANO, ET TORO

In nomine Domini. Temporibus domni nostri viri precellentissimi Grimoaldi, Dei providencia, Beneventane provincie principis, undecimo anno principatus eius, mense augusto, decima indicione. Si igitur humani generis non obisset, cur certamen de sua [fide] derelinquendum ordinandum potuisset, dum omnes, qui vivimus, morimur? Ego enim Radoaldo et Ragimperto, germani filii quondam Radiperti, cogitantes diem mortis et eterne vite premia, Domini nostri salvatoris misericordia, quicquid nobis aptum est, et pro redepmcione anime nostre, per hanc nostram offercionis cartulam offerimus in monasterio Beati Vincencii levite et martiris, ubi, Deo favente, Iosue abbas preest, inclitas terras nostras, quas habemus in finibus Benafro, loco qui nominatur Mazzano et Toro, per hos fines: da duabus partibus fluvio Vulturno; da tertia parte riagine, unde per tempus aqua decurrit; quarta vero parte fine terra iam dicti monasterii, quam in hoc anno offeruit Imed Tandanco in iam dicto monasterio; quam et offerimus in predicto monasterio servos et ancillas nostras, qui in iam dicto loco habitant, quorum nomina hec sunt: Herchengarulo cum uxore sua Ladola; Lupolu cum uxore sua Aczola; Brictolu cum uxore sua Gueczola; Baroctulu cum uxore sua Leola; et Guaruccolu cum uxore sua Albesendola, cum filiis, filiabus atque nepotibus suis, et cum inclitis suis cespitibus, et cum viis suis ibidem intrandi et exiendi, et cum[Page 279]

omnia inferiora ac superiora sua in eodem monasterio offeruimus iam nominatas terras et iam nominatos servos et ancillas nostras, et cum inclitis cespitibus eorum in integrum offeruimus ad possessionem eiusdem monasterii, et de eius abbatibus atque rectoribus ad faciendum exinde omnia, que ad pars predicti monasterii placuerit, unde nec nobis, nec [.....] cuilibet nullam reservavimus, sed in integrum ipsa omnia in eodem monasterio offeruimus, ut diximus. et obligamus nos, qui supra Radoaldo ei Ragimperto germani et nostros heredes integras nostras offerciones defendere et antestare semper in parte predicti monasterii ab omnes homines

ab omnique partibus; nam si nos Radoaldus et Ragimpertus germani, aut nostri heredes hanc cartulam offercionis, de quibus continet, dirrumpere aut removere || quesierimus, et non compleverimus in pars predicti monasterii ea omnia, ut diximus, sexcentos solidos pena nos et nostros heredes in iam dicto monasterio com-ponere obligamus, et hanc chartula[m] offercionis, de quibus continet, firma permaneat. Et taliter nos, qui supra Radoaldo et Ragimperto germani, pro redepmcione animp nostre, fecimus et te Tundipertum notarium scribere rogavimus. Actum Benevento, feliciter.

DE CANOSA, IN SANCTA MARIA DE LOCO SANO.

In nomine Domini. Temporibus domni nostri viri gloriosissimi Grimoaldi, Dei providencia, Longobardorum gentis principis, mense augusto, per indiccione quinta. Ideoque ego Hilpericus, filius Radecausi, consideravi Dei omnipotentis misericordiam et, pro redepmcione anime mee, offero in monasterio Sancte Marie[Page 280]

in Loco Sano, ubi Aieltruda abbatissa regimen tenere videtur casalem meum, quem habeo in Canosa, qui vocatur Doliolas, quem da Ferrandello et da Vuilefaro et da filie Lupuni emptum habui, et quem da Racauso concambiatum habui, casas, terras, vineas, oliveta, campos cultum vel incultum, excepto mobile quem ad mea reservavi potestate, nam alia tota, qualiter superius scriptum est, de ipso casale in integrum offerui in ipso sancto monasterio, et ipse terre ad Sanctum Marcum, ut habeat et possideat in ipso iam dicto monasterio, ut neque a nos, neque ab heredibus nostris, neque a nullo quempiam homine numquam habeat aliquando aliquam requisicionem, aut reprehensionem, sed sicut supra descriptum est perpetuis temporibus securiter et firmiter habere et possidere valeatis. Quam enim cartulam offercionis, ut firma permaneat, scripsi ego Hilpericus nomine, manibus meis, hanc cartulam offercionis, in monte Mariano, mense et indiccione suprascriptis, feliciter.

PRETEREA apostolice Sedis summus pontifex Paschalis eundem magnificum patrem Iosue ita sibi familiarissimum, amico sepe utebatur consilio, et Romane Ecclesie necessariis rebus adiutorio, ut cum a supradicto imperatore Ludovico pactum confirmacionis acciperet, sicut in pontificali eiusdem Ecclesie Romane scriptum || repperi, inter reliquos Francie abbates eum adesse pro parte Sedis apostolice voluisset. cui eciam redeunti, vice dileccionis atque graciaram, quedam insignia cum huiusmodi privilegio contulit.

PASCHALIS Episcopus servus servorum Dei. viro venerabili Iosue, abbati ex monasterio Christi martiris Vincencii, quod situm est super Vulturii fluminis fontem, partibus Samnie, territorio[Page 281]

[Page 282]

Beneventano, et per te in eodem venerabili monasterio, omnibus tuis successoribus regulariter prornovendis in perpetuum. Divinis precepcionibus in sanctuariorum cultibus nos sedule, deservire, pro animarum regimina, oportere scientes, et quod in his maximum est pietatis opus, pro quiete monachorum, submoventes quorundam gravamina episcoporum vel tyrannidem conprimentes laycorum statuimus atque firmamus, iuxta nostrorum decreta predecessorum. Itaque decernimus et confirmamus sub iurisdicione sancte nostre, cui Deo auctore deservimus, Ecclesie perpetuo muniendum, ita ut nullius alterius ecclesie iurisdicionibus submittatur[Page 283]

prefatum venerabile monasterium Christi martiris Vincencii, cum omnibus sibi iure pertinentibus, cellis et terris, villis, castellis, aliis quoque redivis, in primis videlicet: monasterium Beati Petri apostoli, situm iuxta fluvium Sabbati, territorio Beneventano; monasterium Sancte Dei genitricis Marie in Loco Sano, cum omnibus suis pertinenciis; monasterium Sancte Marie in Apinianici, cum omnibus suis pertinenciis; monasterium Sancte Marie in Duas Basilicas, iuxta fluvium Sangro; et aliam ecclesiam Sancte Marie in Duas Basilicas, in territorio Teatino; || ecclesiam Sancte Marie in Quinque Milia; ecclesiam Sancte Marie in Canneto; ecclesiam Sancte Marie in Palene; ecclesiam Sancte Marie, iuxta fluvium Trinium; ecclesiam Sancte Marie in Musano; ecclesiam Sancte Marie in Arole; ecclesiam Sancte Marie in Planisi; ecclesiam Sancte Marie in Casale Plano; item monasterium Beati Petri apostoli in Trite, cum omnibus suis pertinenciis ; cellam Sancti Petri in Vipera; cellam Sancti Petri in Vairano; cellam Sancti Petri in Tontole; item monasterium Domini Salvatoris in Alphas; cellam Sancti Iohannis in Lisine, et Sancti Focati; cellam Sancti Iohannis et Sancti Martini in Lucere; cellam Sancti Vincencii in

Canusia; cellam Sancti Vincencii in Tranis; cellam Sancti Vincencii in Siponto; cellam Sancti Vincencii et Sancti Angeli in Telesia; cellam Sancti Vincencii in Toccu; cellam Sancti Vincencii in Caiacias; cellam Sancti Vincencii in Cumis; cellam Sancti Vincencii in Tremoiola; cellam Sancti Vincencii in fluvio[Page 284]

Tusciano; cellam Sancti Vincencii in fluvio Tensa; cellam Sancti Vincencii in Pectoriano; cellam Sancii Vincencii et Sancti Angeli in Hysernias; item monasterium Sancti Georgii infra Salernitanam civitatem; monasterium Sancti Martini in monte Marsico; monasterium Sancte Columbe in Sora; cellam Sancti Donati in Comino, et Sancti Iuliani; ecclesiam Sancti Mauri in Anglorie; et Sancti Valentini; cellam Sancte Crucis in monte Marsico; cellam Sancti Ylarii in Calinole; cellam Sancti Vincencii in Suessa; cellam Sancte Agathe in Torcino; et ecclesia Sanctii Gregorii in Matese; cellam Sancti Sossii in Liburias, cum inclito gualdo: in his omnibus et aliis sibi iure pertinentibus precipimus, interdiciamus ac protestamur, ut nullus, qualibet occasione, dolos vel immissiones aliquas ingerere presumat. concedimus eciam vobis, vestrisque successoribus abbatibus, hac nostra presenti auctoritate, licenciam apostolice Sedis nostre quibuslibet christianitatis formam indigentibus in prefato venerabili monasterio invitandi quem volueritis episcopum, similiter ad ecclesias consecrandas, vel ordinationes clericorum aut sacerdotum per tempora faciendas, chrisma vero et confirmata a beneplacito vobis episcopo acquiratis. Protestamus eciam, ut nullus episcopus exinde debeat subdiaconem ad suum synodum provocare, nisi illius fuerit propria voluntas, aut abbatem vel monachum. nullo modo iudicare, vel excommunicare, || et omnem cuiuslibet ecclesie sacerdotem in prefato venerabili[Page 285]

monasterio quamlibet habere dicionem, preter Sedem apostolicam, hac nostra auctoritate prohibemus, ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum sollempnia ibidem celebrare presumat. Volumus eciam et apostolicam iniungimus auctoritatem vobis, vestrisque successoribus abbatibus, qui ibidem in tempore fuerint ordinati ut si sacerdotes vel clerici de quacumque ecclesia venerint ad habitandum in congregacione fratrum, sive ad monachicum suscipiendum habitum, statim recipiantur. Statuentes apostolica insuper censura, sub divini iudicii obtestacione, sed et validis atque atrocioribus anathematis interdiccionibus, ut nullus umquam presumat, cuiusque dignitatis peditus potestate, in eodem venerabili monasterio, vel eius causis incumbere, aut de rebus et possessionibus, vel ecclesiis subiectis vel quicquid de his exinde inesse videntur, quoquo modo auferre aut alienare, sed nec quamlibet maliciam aut iacture molestiam ibidem quoque modo inferre, cum prefatum perenniter, ut dictum est, monasterium firma stabilitate decernimus sub iurisdiccionem et tuicionem sancte nostre Ecclesie permanendum. Promulgantes quoque, et hoc auctoritate beatorum apostolorum principis, coram Deo et eius terribili examine futuro, per huius nostri apostolici privilegii atque constituti paginam, sancimus atque decernimus, ut diversas locorum possessiones, que a regibus, vel ducibus, vel castaldeis, et reliquis christianis largita atque oblata sunt, aut in postmodum illuc concessa fuerint, firma stabilitate iuri ipsius prefati monasterii existenda[Page 286]

atque in perpetuum permanenda statuimus. Nec licencia sii, ut dictum est, ex eius vel omnibus eiusdem monasterii pertinenciis cuiquam molestias inferre, vel sibi donata auferre a prefato, iuxta quod subiectum isdem venerabilibus locis apostolicis institutis atque privilegiis consistit, inconcusse permaneant. Et liceat eosdem monachos de sua congregacione abbatem semper eligere, et liceat ipsum abbatem suos, qui fuerint, iudicare monachos, et non solum virile monasterium, sed eciam muliebre sibi subiectum. Si quis autem, quod non optamus, nefario ausu presumpserit, || hec que a nobis ad laudem Dei pro stabilitate iam dicti venerabilis monasterii, statuta sunt refragare, aut in quoquam transilire presumpserit, nisi digna penitudine emendaverit, anathematis vinculo innodatus et cum diabolo et eius atrocissimis atque luda traditore domini nostri Iesu Christi gterno incendio concremandus deputetur. At qui pio intuitu observator in omnibus extiterit custodiens nostri apostolici constitutum ad cultum Dei respicientem, benediccionis gratiam a misericordissimo domino Deo nostro multipliciter consequatur, et eterne vite particeps effici mereatur. Scriptum per manus Theodori scriniarii [BV] sancte Romane ecclesie, in mense iulio, indiccione XIIa, in sacratissima sede

beati Petri apostoli, quarto anno pontificatus domni Paschalis
pape primi.[Page 287]

VENERANDUS autem pater Iosue, postquam annis vigintiquatuor,
menses sex, et diebus sedecim sancte congregacionis rexerat
gregem, assumptus in gloria migravit a seculo IIIlo. nonas magii
mensis, ultra humanum modum, secundum merita sua. cuius
sanctum corpus ante eandem ecclesiam, in dextera parte, sepultum
est in pace. sed cum longo post tempore, idest post ultimam.
desolacionem. ipsius ecclesie, fama celebri didicissemus aliquos ad
eius corpus divina sepe sensisse beneficia, illius ossa et venerabilis
Authperti, cuius superius vitam descripsimuset aliorum
patrum antiquorum, hoc in loco transtulimus, atque in sarcofago
grandi cum domni abbatis Ylarii corpore posuimus, de quo, adiuvante
Domino, que novimus suo loco narrabimus.
TALARICUS abbas. iste construxit ecclesiam
in honore Domini Salvatoris in
eodem monasterio, et ecclesiam Sancti archangeli
Michaelis. sedit annos VI, menses tres,
dies XXXVIII. || obiit vero IIIlo. die mensis octobris,
anno incamacionis dominice. DCCCco XXo IIIlo
indicione tercia. apud Casinum vero Gy-sulfo[Page 288]

xxti. et uno annis expletis, Apollinaris succedit, Landulfus
factus est comes Capue.
EPYPHANIUS abbas Sancti Vincencii, prefuit
annos .XVII., menses .XI., et dies .VIII.
hic fuit de Sancto Martino in monte Marsico.
edificavit vero duas ecclesias: Sancte Marie in
Insula, et Sancti Laurencii in alia insula. iste
accepit preceptum a domno Hludovico imperatore
de servis in Amiterno, et de servis in villa Tritensi,
et confirmacionis aliorum preceptorum.
aliud quoque preceptum accepit a Sicardo principe de vualdo in
Liburias, et preceptum de Sancto Secundino, finibus Acerentinis,
et duo alia precepta eiusdem principis de terris et montibus
in finibus Benafranis, servis et ancillis.
Hoc tempore vir quidam, nomine Alderissius, optulit in monasterio
Sancte Marie in Loco Sano casalem suum in finibus Capue,
ad Pontem Pozzolanum; et casalem in monte Mariano, super
fluvio Calore; et casalem ad Sanctum Valentinum; et casalem in
Maccla in Samnius. quo eciam tempore, iudicatus definicio ab[Page 289]

eodem principe facta est inter Teupertum, prepositum Sancte Marie
in Loco Sano, et Iusto, archipresbitero episcopii Beneventani, de
ecclesia Sancti Felicis. horum omnium descripcionum textus ita
continent.
PRECEPTUM DE AMITERNO DE SERVIS.
IN nomine domini Dei et salvatoris Iesu Christi. Hludovicus
divina ordinante providencia imperator augustus, omnibus episcopis,
abbatibus, ducibus, comitibus, gastaldeis, accionariis, vicariis
centenariis, ceterisque fidelibus nostris, presentibus scilicet et futuris.
Notum sit quia venerabilis || Epyphanus, abbas monasterii Sancti
Vincencii martiris, quod situm est in territorio Beneventano,
super fluvium Vulturum, per legatos suos direxit ad nos quandam
confirmacionem, quam Lupus quondam dux monasterio memorati
Sancti Vincencii martiris de quibusdam casis in Amiterno et
Savino fecerat, nec non et quatuor iudicata de quibusdam servis
ex Villa Trita, qui se subtrahere a debito servicio, quasi per precepta
ducum, nitebantur, que in presencia Supponi comitis ac
Benedicti Hilpiani et Ansfridi gastaldorum, ceterorumque scabinorum
de predictorum hominum statu acta fuerant et peciit, ut firmitatis
gracia nostre confirmacionis auctoritatem super ea fieri[Page 290]

iuberemus. Cuius petitionem exaudientes, supra memoratam confirmacionem
ac iudicata hoc nostre confirmacionis preceptum fieri
decrevimus, per quod decernimus atque iubemus, ut nullus vestrum
aut successorum vestrorum de memoratis locis, in quibus modo,
secundum memoratorum legatorum assercionem, case viginti quatuor
cum totidem hominibus in eis consistentibus site esse noscuntur,
quorum nomina hec sunt: Iohannes, Theupo, item Iohannes,
Cerbulus, Petrus, Teodebertus, Hizo, Maio, Acepertus, Hisimundus,
Roppulus, Marinus, Georgius, Halo, Audactus, Audebertus, Audoaldus,
Hildulfus, Paulerissi, Robbertus filius Marie cum barbane
suo, Alaysio, Seneperga, atque Gemula. nec de statu predictorum

hominum, qui, sicut dictum est, de memorata Trita villa se a debito servicio, quasi per precepta ducum, subtrahere nitebantur, ad pristinum servitium revocati sunt, ullam inquietudinem aut contrarietatem iniuste facere presumat, sed liceat agentibus et ministris eiusdem monasterii memoratas casas cum hominibus in eis consistentibus, ac servos, qui ad memoratam Tritam villam per auctoritatem genitoris nostri domni Caroli, prestantissimi imperatoris, ad debitum servitium revocati sunt, quiete possidere, et iuxta oportunitatem et utilitatem eiusdem monasterii, absque cuiuslibet contrarietatis impedimento, || quicquid de eisdem, vel in eisdem rebus et hominibus iuste facere vel ordinare decreverint, libero in omnibus perfrui arbitrio faciendi. Et ut hec nostra confirmacionis auctoritas ab omnibus verius cerciusque credatur, et diligentius conservetur, manu propria subter eam signavimus, et anuli nostri impressione signari iussimus. Signum [M] Hlu-dovici serenissimi imperatoris. Data kalendis aprilis, anno Christo propicio XVIII^o. imperii domni Hludovici piissimi augusti, indic-cione VIII^a. Actum in palacio regio, in Dei nomine, amen.[Page 291]

DE VUALDO LIBURIANO, LOCO PANTANO, PRECEPTUM
IN nomine domini Dei salvatoris nostri Iesu Giristi. Nos vir gloriosissimus Sicardus, Dei providencia, Beneventane provincie princeps, per rogam Roffrid, referendarii nostri, concedimus in monasterio Beati Vincencii, situm in Smanie finibus, super flu-vium Vulturum, ubi venerabilis vir Epyphanus abbas, orator noster, preesse videtur, hoc est terram et vualdum, posite in partibus Liburie, ubi dicitur Pantanu, hos fines habentes: ab uno latere via antiqua, que venit de Ducenta, et vualdum eiusdem monasterii, quod ibi datum est a domno Gysulfo duce, et quomodo perexit usque in ipsum Pantanum, et silvam eiusdem monasterii; ex alio latere via puplica, que vadit inter ipsum Maciana et Scarafena, et terra de hominibus de Centora, et sic directe exit usque ad locum, qui dicitur Cree, unde aqua exit, et sic directe intrat in ipsum lacum Patriensem; et ab uno capite via puplica, que[Page 292]

dicitur Vicana, et pergit ad Cumas; ab alio capite definit lacus Patriensis. hec autem terra et vualdu ideo in iam dictum cenobium concedimus per iam dictos fines; seu concedimus atque firmamus, in eodem loco Liburie, cellam Sancti Sossii; cum inclito vualdo consistentes in iam dicto monasterio Sancti Vincencii, per ipsos fines, qualiter datum est in prefato cenobio per sigillatum preceptum a domno duce Gysulfo, ut a modo et deinceps, per hoc nostrum roboratum preceptum, una cum aquis, et paludibus, et pantanis, viis, et pascuis, campis, et silvis et || omnia infra ipsos fines manencia subter vel super, et simul cum alveis et cursibus de ipso Laneo et ipso Frigido, iam dictus venerabilis Epyphanus abbas et successores eiusdem monasterii firmiter et securiter possideant in perpetuum, ita ut a nullis umquam potestatibus, vel exactoribus, vel a quibuscunque hominibus, nullis temporibus corrumpantur aut removeantur, vel molestentur, sed perpetuis temporibus pars eiusdem monasterii possideat. Quod vero preceptum firmitatis, ex iussione et potestate, scripsi ego Radipertus notarius Actum Benevento, in palacio, primo anno principatus eius, mense februario, undecima indiccione, feliciter.

DE ECCLESIA SANCTI SECUNDINI IN ACERENTUM, PRECEPTUM.
IN nomine domini Dei salvatoris Iesu Christi. Nos vir gloriosissimus Sicardus, Dei providencia, Beneventane provincie princeps, per rogam Roffrid, referendarii nostri, firmamus in monasterio Beatissimi Vincencii, ubi venerabilis vir Epyphanus abbas, orator noster, preesse videtur, ecclesiam Sancti Secundini, cum integris suis pertinenciis, finibus Acerentinis, quam Petrus episcopus per suam offercionem ibidem dedit; seu et confirmamus in[Page 293]

predicto cenobio substanciam Iohannis et Radoaldi, filii Piconis; et substanciam Ermelgrimi, filio Rapperti; tam et Stephani, filii Paldonis; simulque et Truppoaldi, filii Andree; quam et substaticiam Ragimberti, Radoald, filii Radiperti; et substanciam Trasemundi, filio Lupini, que vestro monasterio date sunt; simulque inibi confirmamus omnes servos et ancillas eorum, cum filiis, filabus, cum nuris et nepotibus, et cum universis cespitibus eorum in iam dicto monasterio confirmamus, omnia possidenda in integrum, qualiter pro culpa, meritis eorum, ad sacrum nostrum palacium evenire debuerunt. in ea videlicet racione, ut a modo et deinceps, per hoc nostrum roboratum preceptum, cuncta, ut superius leguntur, rectores eiusdem cenobii securiter habere et possidere valeant, et a

nullis ex nostris iudicibus, idest comitibus, gastaldeis, vel a quibuscumque agentibus habeant aliquam requisicionem, sed perpetuis temporibus possideant. || Quod vero preceptum firmitatis, ex iussione suprascripte potestatis, scripsi ego Leo notarius. Actum Benevento, in sacro palacio, primo anno, mense augusto, undecima indiccione, feliciter.

DE BENAFRO, PRECEPTUM TFRRE ET MONTIUM.

IN nomine domini Dei salvatoris Iesu Christi. Nos vir gloriosissimus Sicardus, Dei providencia, Beneventane provincie princeps, per rogum Roffrid, referendarii nostri, concedimus in monasterio Beatissimi Vincencii martyris, quod situm, est in finibus Samnie, iuxta fluvio Vulturno, ubi vir verabilis Epyphanus abbas, orator noster, preesse videtur, terras cum montibus uno se tenente, per hos fines: prima parte unde oritur riagine, que dicitur[Page 294]

Ravennola, et quomodo decurrit iam dicta riagine de ipsa Ravennola, unde per tempus aqua decurrit, et qui exinat inter hec terra et terras et montes, quos concessos habet dominus Arichis princeps in iam prefato cenobio; de secunda parte riagine, que dicitur Ravennola; da tertia parte unde incipit orire iam dicta Ravennola, deinde incipiente circa terras ei montes puplicos, usque in montem, qui est super urbem Benafro; quarta parte incipiente da iam dicto monte, qualiter vadit per ciliis aliorum moncium, usque in montem iam dicti monasterii, qui est super terras, que vocatur Arcora, que est hereditas Sancte Dei genitricis Marie, que nominatur Oliveto, subiecta iam dicto monasterio, et qualiter vadit circa montes iam dicte ecclesie Sancte Marie, et montes iam dicti cenobii. ideo in iam dicto monasterio concessimus in integrum iam dictas terras et montes per iam dictos fines possidendum, in ea videlicet racione, ut a modo et deinceps, per hoc nostrum roboratum, preceptum, cuncta, ut superius leguntur, habere et possidere valeatis vos iam nominatus Epyphanus abbas, atque successoribus et rectoribus iam dicti vestri monasterii, ita ut a nullis ex nostris iudicibus, idest comitibus et gastaldeis, vel a quibuscumque hominibus non habeatis de predictis terris et montibus aliquam requisicionem vel molestacionem, sed perpetuis temporibus possideatis. Quod vero preceptum || firmitatis, ex iussione tue potestatis, scripsi ego Leodericus notarius. Actum Benevento, in sacro palacio, primo anno principatus eius, mense magio, undecima indiccione, feliciter.

DE BENAFRO, LOCO CAMPINIANO.

IN nomine domini Dei salvatoris Iesu Christi. Nos vir gloriosissimus Sicardus, Dei providencia, Beneventane provincie[Page 295]

princeps, per rogum Adelfrid dilecti parentis nostri, concedimus in monasterio Beatissimi Vincencii martyris, quod situm est in finibus Samnii, iuxta fluvium Vulturnum, ubi vir venerabilis Epyphanus abbas, orator noster, preesse videtur, terras et servos et ancillas, et ecclesiam vocabulo Sancte Dei genitricis et virginis Marie, quam habemus in finibus Benafro, loco qui nominatur Campiniano, que fuit Iohannis et Radoaldi, filiis Picconi; et Ermelgrimi, filii Rapperti; et Stephani, filii Paldonis; et Truppoaldi et Petri, filii Andree; et Ragemberti et Radoaldi, filii Radiperti; et Trasemundi et Leodemundi et Leodelgari, filii Lupini, per hos fines: prima parte fine riagine, que dicitur Ravennola, unde per tempus aqua decurrit; secunda parte fine habet fossato et terra uno se tenente iam dicti monasterii; tertia vero parte fine habet riagine unde per tempus aqua decurrit; quarta denique parte fine habet silice; nam et concedimus iam dictas terras in iam dicto monasterio, cum omnes servos et ancillas, et omnes facultates eorum, cum filiis, filiabus, cum nuribus et nepotibus, et cum omnibus cespitibus, qui fuerunt et pertinuerunt ad superius nominatos homines, qui pro culpe eorum meritis, ad sacrum nostrum palacium devenerunt. que nos concedimus et confirmamus in predicto

monasterio omnia possidenda in integrum, in ea videlicet racione, ut a modo et deinceps, per hoc nostrum roboratum preceptum, cuncta, ut superius leguntur, habere et possidere valeatis vos iam nominate Epyphani abbas, atque successoribus et rectoribus iam dicti vestri monasterii, ita ut a nullis ex nostris iudicibus, idest comitibus et castaldeis, vel a quibuscumque hominibus non habeatis de predictis terris et de predicta || ecclesia et servis et ancillis aliquam requisicionem vel molestacionem, sed perpetuis temporibus possideatis. Si quis autem, quod nos non credimus, hoc nostrum roboratum preceptum dirumpere aut contrare presumserit[Page 296]

in pars iam dicti monasterii iam dictas terras et ecclesiam

et iam dictos servos et ancillas, sciat se compositurum in parte iam dicti monasterii solidos mille. Quod vero preceptum, firmitatis, ex iussione tue potestatis, scripsi ego Leodericus notarius. Actum Benevento, in sacro palacio, quinto anno principatus eius, mense ianuario, XIIIlla. indiccione feliciter.

DE CAPUA, MONTE MARIANO ET ALTA.

IN nomine Domini. Primo anno domni nostri viri gloriosi Sicardi, Dei providencia, Beneventane provincie principis, mense magio, per indiccione undecima. Ideoque ego Alderissi, filius bone memorie Alderissi, cogitavi diem mortis et eterne vite, ut me de manu inferni expelli possem, offerui in monasterio beate Sancte Marie, quod fundatum esse dinoscitur in Loco Sano ubi Ildeperga abbatissa regimen tenere videtur, seti Traseprando prepositus est: in primis casalem meum, in finibus Capue, in locum qui nominatur Ponte Puzolanu; et casalem meum, quod nominatur in monte Mariano, super fluvio Calore, propinquo Sancta Agathe, cum vineis et vinealis, castanietis, cerquetis, cerretis in integrum, excepto servis et ancillis, quos ibi non offerui; et porcionem meam de casale meum, quod nominatur ad Sanctum Valentinum, propinquum Beneventana civitate, in integrum sorte mea; et porcionem meam de casale meo, in finibus Samnias, loco qui nominatur[Page 297]

Maccla. in tali vero racione ipsas res offerui, dum Dominus michi Alderissi spacium vivendi donaverit, ipsa mea res in mea sit potestate tenendi et fruendi, et post meum obitum ipsa res in ipso supra dicto sancto Dei monasterio veniat potestate, sine cuiuscumque requisicione, et cartula nostra offercionis in suprascripta racione firma sit. Quam Radoald notarium scribere rogavimus.

Actum Frequento, mense et indiccione suprascripta, feliciter. ||

DEFINICIO IUDICATUS DE FCCLESIA SANCTI FELICIS IN LOCO SANO

Cum, in Dei nomine, residentes nos domnus vir gloriosissimus Sicardus, summus dux gentis Longobardorwn, in hunc nostrum felicissimum Beneventanum palacium, tunc veniens lustus, archipresbiter sancte nostre Beneventane ecclesie, qui per iussionem reverentissimi Hermerissi episcopi causas sancte ecclesie peragebat, intencionando adversus Theodericum, rahilpors nostro, et Teutperto, preposito monasterii Sancte Marie de Loco Sano, qui tunc cum suprascripto Theoderico, per nostram iussionem, predicti monasterii causam procurabat, dicendo eo quod ecclesia Sancti Felicis, qui situs esse dinoscitur iuxta monasterium Sancte Marie, sancte nostre Beneventane ecclesie pertinere debet, eo quod lavacrum baptismi in ipsa ecclesia edificatum est, quia et canones sic continere videntur quod ecclesia, que lavacrum baptismi edificatum[Page 298]

habuerit, semper sub dominio episcopi subiacere debeat, et usque ad tempus domni Gysulfi ducis et Munoaldi reverentissimi episcopi sic fuit in dominio sancte nostre Beneventane ecclesie ipsa basilica Sancti Felicis, eo quod Guatichis et Iohannes presbiteri, in Sancto Felice fuerunt ordinati, in dominio episcopii permanserint, sicuti et alii presbiteri tenentes plebes, subiecte sancte nostre Beneventane ecclesie; sed domnus Gysulfus, per voluntatem bone memorie Munoaldi episcopi, ibique ordinavit, et ipse Garohin semper episcopo obaudivit, usque dum Albileopa abbatissa suggereret domne Scaniperge et domno Liudprando, ut ipsam basilicam traderet, et per eius postulacionem sic domna Scaniperga et domnus Liudprandus ipsam basilicam in suprascripto monasterio per suum preceptum concesserunt, et sunt testes, qui cogniti sunt, quod ipsa basilica semper episcopo obaudivit, usque in tempore quod vobis ipsa basilica data fuit. ad hec respondebat pars Theoderici et Teuhtperti, dicendo eo quod ita est, quia fontis baptismi ibi sunt edificate, quia dum Magno ipsa ecclesia a nova fundamenta ad culmen perduxit, sic ipse Magno fecit fieri Guetichis presbiterum suo palacio, qui eidem ipsam ecclesiam regeret,[Page 299]

et dum ipse Magno || advixit tam suprascripta ecclesia quam eciam et presbiterum semper in suo dominio vindicavit, et post discessum Magnum, quamquam <in> ipsa ecclesia lavacrum baptismi fuisset, semper ipse Guetichis soli palacio obaudivit, nam minime habuit dominium episcopi. sed dum bone recordacionis Iohannes episcopus cognovit bonitatem Guetichis presbiteri, sic ei contradidit ipsa ecclesia ex Sancto Nicandro, Sancto Angelo, et Sancto Potito, que parrocie de Quinto Decimo pertinuerunt, et actenus pertinere videntur, tradite sunt ei ad regendum et pro suprascriptis ecclesiis ipse Guetichis obaudivit episcopo, nam pro ecclesia Sancti Felicis nullo modo obedienciam episcopo fecit, et dum recederet ipse Guetichis presbiter de hac luce, postea ordinatus est ibi

in Sancto Felice Iohannes presbiter, vel in suprascriptis quatuor ecclesiis. sic introivit Pando presbiter parrocie de Quinto Decimo in iudicio cum suprascripto Iohanne presbitero, et sic ei abstulit ipsas quatuor ecclesias, unde Guetichis et Iohannes episcopo obedientes fuerant, et dum ipse quatuor ecclesie ei abstulte fuissent, sic ipse Iohannes presbiter in suo arbitrio permansit, et solummodo obediens palacio fuit, sicut Magno et Guetichis, qui ipsam ecclesiam Sancti Felicis ad culmen perduxerat. et post discessum Iohannis sic gloriose memorie dominus Gysulfus ibi Cieguerohin abbatem constituit, et tantummodo obediens palacio fuit. postea donma Scaniperga et dominus Hildebrand, pro suis facinoribus expellendis, suprascriptam ecclesiam Sancti Felicis, cum omnia que ad ipsam ecclesiam pertinuit, in prefatum monasterium per suum preceptum concedere visi fuerunt, et ab eo tempore usque nunc semper pars monasterii quiete possessores fuerunt iam dicta ecclesia quod idonea persona esse noscuntur certa veritate, eo quod iam phata ecclesia semper palacio obaudivit. ad hec replicans suprascriptus Iustus archipresbiter: Quamquam hec omnia, vestra assercio, certa sint, nullo modo hoc stare potest, eo quod instituta patrum, canonica racione, nullo modo permittit fieri de ecclesia, que lavacrum baptismi videtur habere, nequaquam se[Page 300]

subtrahere potest ab episcopali sede, neque monasteria aut cenobia secularem licet cultum || habere, sed regulariter vivere et permanere debent. denuo vero asserebat pars suprascriptorum Theoderici et Teuperti, qui causam predicti monasterii procurabant: Hoc qui-dem racionabiliter stare potest, quia semper principes et antistites, ponentes in oblivionem canones et edicta gentis nostre Langobardorum, semper usus huius nostre provincie sic est iudicaturi; et si hoc minime stare potest, plurima monasteria destruetis ubi, Domino annuente, plura cenobia sunt congregata. attamen si hoc pro antecessores minime stare potest, quia ad canones iudicare vult, quomodo sancti nostri Barbatus episcopus optinuit bone recordacionis dominus Romuald ut usurparet sancte sedis Sipontine, et per eius obsecracionem predictam, sedem usurpata est denominata, et contradita est sancte sedi Beneventane ecclesie, et ab eo tempore usque nunc ibidem minime fuit consecratus episcopus? si enim de hac basilica, contra canones est et per usum provincie minime stare potest, vultis vos observare canones? fiat in <prefata> civitate Sipontina ordinatus episcopus, et destruetis plurima monasteria, quod antecessorum ducibus per suum preceptum do-naverunt, sicut et vobis de nominato Sipontinum et eius parrocia, per preceptum domni Romualdi fuit concessa, quod et nobis esse videtur, ut hoc contra canones factum fuisse. Unde nos dominus vir gloriosus Sicardus inquisivimus suprascriptum Iustum archi-presbiterum, ut si ipsa sedes Sipontina contra canonica sanccione fuit usurpata, et ipse nobis claruit dicentes, eo quod contra canones facta est de usurpacionis predicte sedis Sipontine. Ideo[Page 301]

dum ante nostram gloriosa potestas hec talis advenisset intencio, tunc nos diligenter atque subtiliter inquisivimus causam suprascriptam, si ipsa ecclesia Sancti Felicis[s], a tempore quo edificata fuit, si palacio obaudivit, aut certe episcopo, sicuti et alia cetera parrociales ecclesiarum baptisma, quibus et Iustus adduxit in nostris presenciis testimonia, idest in primis Gregorius presbiter, Pavenu et Stavile, Lupo et Maurello vel alios, et presens testificaverint nobis, dicendo eo quod dum quidam Guetichis presbiter resideret || in ecclesia Sancti Felicis, et teneret alias ecclesias parrocie de Quinto Decimo, nos ei semper cibaria dedimus, et ipse Guetichis episcopo obediebat, nescimus si pro ecclesia Sancti Felicis aut pro illas alias ecclesias parrociales de Quinto Decimo. iterum, inquirente nostra gloria testimonia a parte supradicti Theoderici et Teuperti, qui ipsam causam monasterii peragebant, quibus presentialiter in nostris presenciis adduxerunt testimonia, idest in primis Audoald et Anoald germani, Maione et Ferrando vel alias idoneas personas, qui presentialiter nobis testificaverunt dicendo: Quia nos certi sumus, quod ecclesia Sancti Felicis, quam Magno a fundamentis usque ad culmen perduxit, et ibi Guetichis servum suum presbiterum ordinavit, et ipsa ecclesia in suo iure dominio per palacium defensavit, et post discessum Magnuni et Guetichis sacerdotes, qui ibidem fuerunt ordinati, semper eos ad sacro palacio obaudire cogniti sumus; de hoc autem obediencia quod dicitis, ut episcopum obedisset, nos scimus quia pro ecclesias parrociales de Quinto Decimo, quas tenebat Guetichis et Iohannes presbiter pro ideo episcopo obaudierunt, nam pro ecclesia Sancti Felicis nullo modo obedienciam fecerunt; et quando presbiteri per iudicia ipsas ecclesias parrociales recollegerunt Iohannes presbiter, cum

ecclesia Sancti Felicis, sacro palacio obedivit; et postea domnus Gysulfus ibidem Garohin abbatem constituit, et ipse Garohin similiter soli palacio obaudivit, et per palatii iussionem ipse Garohin exinde foras expulsus est. Tunc nostra que supra gloriosa[Page 302]

potestas, per eorum testimonium, consideravimus quomodo principes et antistites huius provincie per usus est iudicaturi, placuit nostre potestati quod gloriosa Scaniperga et vir gloriosissimus Liutprand, per suum emisissent preceptum, in predicto monasterio firmiter adque inviolabiliter debeat permanere, et pro ampliorem definicionem fecimus dare guadium suprascripto Teuperto preposito iam dicti Iusti archipresbiteri, ut ei preberet sacramentum a parte monasterii secundum legem Romanam sibi quinta persona, dicendo quod ecclesia Sancti Felicis tantum palacio obaudivit, nam nichil ad episcopum quandoque || audienciam habuit: et esset causa finita. Propterea hunc nostrum iudicatum definicionis fieri iussimus, ut nullo quoquo adveniente tempore numquam habeat vigorem a parte episcopi contra suprascriptum monasterium de ecclesia Sancti Felicis vel de eius rebus, per quamlibet occasionem aliquid requirendum, excepto si infra anni spacium ipsum sacramentum suscipere voluerit, habeat licenciam, nam amplius nullo modo habeat licenciam causandi aut requirendi, sed pars monasterii perennis temporibus securi et quieti valeant possidere. Quod vero iudicatum diffinicionis, ex iussione suprascripte potestatis, dictavi ego Guldemari referendarius tibi Barbato notario scribendum. Actum Benevento, in palacio, mense marcio, indiccione secunda, feliciter. SED quia hunc venerabilem patrem Epyphanium ex Marsici montis monasterio fuisse vetus scriptura tradidit, oportet aliquantulum hinc ad superiora recurrere, et que de eodem monasterio scripta repperi, vel de confessoris Christi Martini corpore acta sunt, fideliter enarrare. Denique Arichis Longobardorum religiosissimus princeps, cum multa sanctorum corpora ex diversis locis auferens Beneventi honorifice collocasset, et predictum monasterium Christi confessoris, quod, ut beatus papa Gregorius in suis D y a l o g i s meminit,[Page 303]

magno religiosorum contubernio floruerat monachorum, iam tunc ab hominibus pene destitutum esse didicisset, consilium incidit ei, causa pietatis ac munimine civitatis, confessoris corpus inde auferre, atque infra sue urbis menia cum aliorum corporibus sanctorum locandum deferre. quod cum eiscopo et civibus rettulisset, omnibus visum est hoc placuisse. inde pariter ad sancti Dei tumulum, || cum magna devocione, properare decreverunt, ab ipso ergo montis ascensu nudis plantis incedentes piis precibus insistebant. at ubi pervenerunt ad locum, cum diu desideratum cupiunt perficere opus, prudentissimus princeps devocionis sue verba sic sancto proferens, inquit :
Maxime confessor, monachorum pastor et abbas,
Insignis meritis, magnis, venerande, tropheis,
Te petimusque tuos, tu confer ce1itus artus,
Tu populos salvans, nobis prece suggere arma.
Auxilium prebens, hostilia vincere castra.
Tunc vox repente illic audita est dicens :
Si nobis, Deus, est promisse auctor salutis,
Si spes et virtus <sit> mors honor vivere Christus.
Nam ego <iam> prorsus nullatenus egredi possum,
Hoc loco manens per longa tempora parens.
Huius ergo sonitu vocis omnes, timore concussi, pariter corruerunt ad terram, tuncque terremotus factus est magnus, ut ab ipsis abyssi flatibus non solum tocus ipsius montis, sed et cuncta vicinarum urbium menia concuterentur. sicque patenter omnibus daretur intellegi, quoniam divina virtus locum ipsum, ubi confessoris corpus requiescit, angelicam semper iubet habere custodiam. divine igitur[Page 304]

non ausi contraire voluntati, statuerunt communiter venerari sepulchrum illud, offerentes singuli quicquid acceptabile fore videbatur. princeps vero, iisdem cum multis affis donariis, contulit ad eundem locum preceptum firmitatis ex omnibus, que possederat, vel possidere videbatur, adiciens et alia plura, que infra fluvium, qui dicitur Carnellus, et sicut decurrit rivus Saonis, qui de Saxo procedit, designata sunt; servos quoque et ancillas, quotquot in his manere videbantur, cum suis cespitibus, ut habeat || et possideat, perpetuis tradidit temporibus. etenim aliquantis decurrentibus annis, cum locum ipsum vetustate deficere cernerent, causa pie sollicitudinis ac restauracionis et aliarum commutacionis, Longobardorum principes et ecclesiarum Dei venerandi pontifices hoc

idem monasterium cum omnibus suis pertinentiis Beati Vincencii monasterio ex integro subdiderunt.
Tunc pater Epyphanus, exemplo adipiscende eximie conversacionis, locum hunc expecit, et diu in sancta conversacione decertando, pro vite merito et sapiencie doctrina, abbas est effectus. qui, consumatus, obiit in pace idibus septembris, anno dominice incarnationis octingentesimo quadragesimo llo., indiccione sexta.

Sed et in Casino Apollinaris annis XI. peractis, Deusdedit succedit. qui sex annis peractis, Hilderico post eum solis VII. diebus potito, Authpertus instituitur.[Page 305]

Hoc tempore Sarraceni ab Africa et Babylonia venientes, Siciliam occupaverunt .

TOTO abbas Sancti Vincencii. iste edificavit ecclesiam Sancti Petri ad Pon-

tem Marmoreum. sedit annos .II, dies xx.

obiit llo. nonas octobris, anno dominice incarnationis octingentesimo quadragesimo .llo.,

indiccione VIIa. in Casino vero Authperto

annis tribus expletis, Bassacius abbas succedit

IACOBUS abbas Sancti Vincencii. iste edificavit

ecclesiam Sancti Petri, ubi dicitur

ad ltrias, et plures monachos congregavit.

hoc tempore divisio facta est inter Beneventum, Salernum et Capuam.

Tunc Sarracenorum multitudo Rornam veniens, ||

ecclesias Sanctorum Petri et Pauli

omnino depredarunt, et inde ad Fundanam civitatem venientes,

ceperunt atque cremaverunt, postque Caietam applicantes, castrametati sunt. contra quos missus a Spoletio Francorum exercitus,[Page 306]

turpiter superatus aufugiit. hac occasione sanctissimus Leo quartus papa castellum, iuxta ecclesiam Beati Petri, muris firmissimis edificavit, quod usque hodie civitas Leoniana appellatur. et hoc quoque tempore tam ingens terremotus per universam Beneventi factus est regionem, ut Hysernia fere tota a fundamentis corrueret, multusque ibi populus, et ipse cum eis eorum pontifex, interiret. in hoc quoque monasterio Beati martyris Vincencii terremotus idem plurimas domos evertit

Per idem tempus regnum Francorum pentifarie divisum est.

tuncque Ludovicus augustus Beneventum adveniens, a Radelchis et reliquis honorifice susceptus, ei omnes Sarraceni contraditi sunt.

quos omnes, ipso die vigiliarum sancti Peniecostes, extra civitatem ductos, cum duce illorum Massar, decollari feci.t moxque

imperator, convocatis Longobardis, totam Beneventi provinciam

inter Radelchis et Sikenolfum equo discrimine partitus est.

porro predicti principes pactum divisionis principatus inter se

firmantes, monasterium Beati Vincencii et Beati Benedlcti extra

sortem esse decreverunt, dicentes: "Hec monasteria ad nos non

pertinent, quoniam sub tutela dominorum imperatorum Ludovici

atque Lotharii constituta sunt". siquidem imperator per Iacobum,

venerabilem abbatem Beati martyris Vincencii, et Bassacium,

abbatem Beati Benedicti invitatus <adveniens>, et victoriam optinere,

et maxima rebus utilia illorum consilio consequi meruerat. ||[Page 307]

Hoc tempore vir quidam, Acefrid nomine, optulit se ipsum cum omni re et possessione sua de vico Terenciano, loco Lucere, in venerabili monasterio Beati Vincencii martyris, per huiusmodi descripcionis textum

DE CASALE IN TERENCEANO LOCO LUCERE.

IN nomine Domini. Octavo anno principatus domni nostri

Radelchis magni principis, mense marcio, decima indiccione.

Ideoque ego Acefrid, filius quoddam Aldefrid, habitator qui sum

in Terenciano, Lucerinis finibus, pro redeprmcione anime mee offero personam meam et omnes res substantie mee, quas habui in

Terenciano, et in alia loca ubicumque habuerimus, tam curtis,

vineis, terris, olivetis, pratis, silvis, pascuis, aquis, viis, limitibus,

pomifera, et cum querencius et diversis finibus suis in monasterio

Sancti Vincencii, quod situm est super fluvium Vulturnum, ubi

vir venerabilis Iacobus abbas regimen tenere videtur. ea silicet

ratione, ut amodo et semper persona mea et omnes res substan-

cie mee in predicto monasterio remaneat possidendum, et perpetuis

temporibus securiter et firmiter habeatis et possideatis personam

meam, et omnes res substantie mee in predicto monasterio, sine

heredum meorum aut cuiuslibet molestacione. Et hec cartula offercionis in eo tenore firma permaneat, sicut te Hilpianum notarium scribere rogavimus. Actum in castello Sancti Angeli ad Arcu Meta, feliciter.

At post plura bonitatis acta predictus pater Iacobus, peractis in huius monasterii redimine annis .VIII., obiit pridie idus ianuarii, anno incarnationis dominice octingentesimo quinquagesimo tercio, indicione prima.[Page 308]

TEUTO abbas Sancti Vincencii. iste construxit ecclesiam Sancti Eleutherii in Fundiliano, et multas hereditates et possessiones acquisivit. optinuit quoque a Ludovico imperatore confirmacionis preceptum aliorum preceptorum regum et ducum, cuius precepti textus huiusmodi est.

DE CONFIRMACIONE ALIORUM PRECEPTORUM.

(IN nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Hludovicus, divina ordinante providencia, imperator augustus. Cum[Page 309]

petitionibus sacerdotum ac servorum. Dei, quas nostris auribus insinuaverint, libenter annuimus), (et eas cum Dei auxilio ad effectum perducimus), (non solum regiam consuetudinem exercemus, sed etiam nobis, tam ad presentis vite prosperitatem, quam. ad future beatitudinem adipisci non minimum emolumenti afferre con-

fidimus. Idirco notum sit omnibus fidelibus sancte Dei Ecclesie et nostris, presentibus scilicet et futuris, quia vir venerabilis) Teuto, (abbas monasterii) (Beati) (martyris Christi Vincencii, quod est si-tum. in finibus Beneventanis, nostram adiens serenitatem, optulit optutibus nostris precepta regum Longobardorum, Aistulfi videlicet et Desiderii, nec non et preceptum pie recordacionis domni et genitoris nostri Caroli piissimi augusti, in quibus illi tam antecessorum suorum, videlicet regua, quam et ducum) Gysulfi, ducis Longobardorum et Liuprandi, ducis ducatus Spoletini, (vel aliorum[Page 310]

quorumlibet Deo devotorum hominum donaciones), (quas illi pro amore vite future, et pro remedio animarum suarum atque remissione peccatorum) (partibus predicti monasterii) (de suis propriis rebus), spontanea voluntate contulerunt, suggerens ac petens, ut eadem precepta nostre confirmacionis precepcone confirmaremus. Cuius petitioni, propter amorem) (et honorem) (domini nostri Iesu Christi), (et propter reverenciam memorati venerabilis martyris Christi sancti Vincencii, cuius honori atque nomini predictura monasterium dicatum esse cognoscitur), (assensum prebentes), (iuxta quod rogaverat), (predicta precepta nostra auctoritate confirmamus. in primis decernentes, ut quicquid domni et genitoris nostri Caroli imperatotis precepto continetur, idest de iudiciaria Balvense, in loco qui vocatur Trito, sicut per preceptum Desiderii regis et Ansane condonatum est) et in ipso precepto continetur, et postea per missos eiusdem domni et genitoris nostri Ingilbertum et Ari-smum cancellarium inquisitum est ac definitum inter Balbenses et Soranensis finibus, || et monachos predicti monasterii, quemadmodum in breve iudicati, quod ab ipsis factum est, continetur, ad possessionem predicti venerabilis monasterii pertinet, firmum et stabile permaneat; (deinde quicquid vel Aystulfus vel Desiderius), gentis Longobardorum reges, sua, munificencia in (iam dicto contulerunt monasterio, similiter maneat inconvulsum. quod vero duces hii), Gysulfus, dux gentis Longobardorum (et Hildeprandus), dux ducatus Spolitino (eidem venerabili monasterio suis preceptis condonavimus), quia sine regali confirmacione huiusmodi donacio rata esse non potest, (hac nostra presenti auctoritate)[Page 311]

(ita confirmentur, ut) (abhinc in futurum stabilis et firma perseveret, de quibus una est) concessio (quam) Gysulfus, (dux) gentis Longobardorum, (ad predictum sanctum locum fecit de) (ecclesia Sancti Marciani, quam edificavit Toto presbiter et monachus in predicto loco, Soranensis finibus; et ecclesiam Sancti Salvatoris; quam et ecclesiam Sancti Archangeli, cum omnibus rebus pertinentes ad ipsas ecclesias); (altera Hildeprandi ducis) donacio atque concessio, quam donaverat et (concesserat in iam dicto monasterio ecclesiam Sancti Donati in territorio Comino, cum terris et montibus; quam et ecclesiam Sancti Iuliani, in predicto territorio, cum terris et montibus, et aquis ac pascuis) ad easdem ecclesias pertinentes. (has quinque donaciones), quas iam dicti duces per sua precepta ad supradictum. venerabilem monasterium Sancti Vincencii levite et martiris confirmaverunt, propter honorem. Dei atque Eternam retributionem, (ad idem venerabile monasterium, nostra confirmamus

auctoritate), (ita videlicet), (ut quicquid de ipsis, vel in ipsis rectores) (et ministri) (supra memorati) (venerabilis) monasterii (disponere atque ordinare; vel) (pro utilitate eiusdem) (loci) (facere voluerint, absque ullius) (quolibet honore vel dignitate preediti, iniusta) (contradiccione ordinent atque disponant) (et faciant quicquid supradicti monasterii utilitate congruere et convenire perspexerint). (Et ut hec auctoritas confirmacionis nostre, per curricula annorum, inviolabilem atque inconvulsam optineat firmitatem, et a fidelibus[Page 312]

sancte Dei Ecclesie et nostris presentibus il scHicct et futuris verius credatur et diligencius conservetur, manu propria subter subscri-psimus, et anuli nostri impressione signari iussimus. Signum [M] Ludovici serenissimi imperatoris. Data IIIlo. idus iunii, anno Christo propicio imperii domni Ludovici piissimi augusti, indiccione . VIII. Actum Aquisgrani, palacio eegio, in Dei nomine, feliciter).

Ipsa in tempore vir quidam nobilis, Gipertus nomine, marepays, optulit in eodem monasterio Sancti Vincencii curtem suam in Patria; et in Atelle; et in Matalonis; et in Ausenti; et in monte Candidi; et ad Fontana Romana; et in Lisine; et ad Sanctum Marcianum, iuxta Beneventum civitatem. Alter vero, nomine Pando, marepays similiter optulit terram suam, quam habebat in Cancias. horum scripciones ita continent. IN nomine Domini. Sexto anno principatus domni nostri Sicenolfi, mense marcio, octaba indiccione. Ideoque ego Gripertus marepays, filius bone memorie Vualperti, qui fuit castaldeus,[Page 313]

dum me in valida essem infirmitate, unde et me ad mortis periculum tendere previdi, cepi de rebus meis, per hoc scriptum disponere ac iudicare : primitus quidem volo ut, pro mea anima, eveniant in monasterio Sancti Vincencii, quod edificatum est super fluvio Vulturno sortem meam integram de curte mea de Patria; et porcionem meam de Atelle; et porcionem meam de Matalonis; et curtem meam porcionem de Ausenti; et de monte Candidi; et porcionem meam de re mea, que est ad Fontana Romana; et pascum meum de Lisine; et terram meam seminacione modia quinquaginta, que est in Caput de Plano, ad Sanctum Marcianum, iuxta Beneventum civitatem: hec omnia eveniant in monasterio Sancti Vincencii possidenda et eius rectoribus, sine cuiuscumque contradiccione. preterea volo et statuo atque confirmo de omnia quantum offerui in iam dicto monasterio, ut ubi fratribus et nepotibus meis parati fuerint || cum iusto precio, et de suprascriptis rebus emere voluerint, nominati monasterii monachi vendant eis, et tollant exinde sibi precium pro anima mea; nam si ipsi fratres et nepotes mei emere noluerint de ipsis suprascriptis rebus, ipsum monasterium et eius rectores omnia, ut supra legitur, securo nomine possideant, sine nostra vel ipsorum fratrum et nepotum meorum aut cuiuscumque contradiccione, sicut te Leo notarium scribere rogavi. Actum Salerni, feliciter. DE CANCIAS TERRA. IN nomine Domini. Quintodecimo anno principatus domni nostri Sicenolfi, mense marcio, decima indiccione. Ideoque ego Pando marepays, filius bone memorie Landulfi marepays, per[Page 314]

hunc privilegium disponere previdi, si iustuni Dei iudicium morte michi evenerit, volo ut in monasterio Beati Vincencii levite et martyris, situm super fluvio Vulturno eveniat integra terra mea, que est culta et inculta, que est in finibus Cancias, prope Ortello, qui nominatur Adauzonale, qualiter est: de prima parte, a parte orientis, fine terra monasterii Sancti Petri, subdito predicto monasterio Sancti Vincencii, terra et silva Lupi et Iohardi, habet inde passus ducentos; da secunda parte, a parte meridie, fine via, et inde habet passus ducentos XX.tiVIIIlo.; da tertia parte, a parte occidentis, fine fossato et via, que decernit inter hec terra et terra Sancti Agapiti, qualiter vadit ad ponte, qui dicitur de Cairusi, et inde habet passus ducentos septuaginta; da quarta parte, a parte septemtrionali, fine terra Unzonis, que est silva, et inde habet passus ducentos sexaginta, ad passus iusto homini mensuratum, plus minus, qualiter de fine in fine iudicatur et mensuratum est, cum omnia intus habentibus subtus vel super, cum via sua intrandi et exiendi, insuper cum monimimis meis inde continentes ad habendum et possidendum et faciendum omnia, que pars iam dicti monasterii placuerit. ea ratione hec omnia, que superius legitur disposui, ut dum ego vixero mee sint in omnibus potestati fruendum; post meum vero obitum in iam. dicto monasterio eveniant faciendum quod voluerit, defensatum per heredes meos, semper habeat || pars iam dicti monasterii, ipsos ab omnes

homines. si autem ego ipse aut mei heredes, per quodlibet ingenium hanc dispositionem dirumpere quesierimus, centum auri Solidos beneventanos bonos pena me vel meos heredes ad pars iam dicti monasterii componere obligamus, et omnia supradicta ad iam fatum monasterium percompleantur. Et taliter ego qui supra Pando[Page 315]

marepais, pro remedio anime mee, feci et te Radipertum notarium scribere rogavi.

HIS temporibus, Landulfus comes, derelicta Capua vetere, ascendit habitaturus in monticulum qui dicitur Trifliscus, qui alio nomine dicebatur Sicopolis, anno dominice incarnationis octingen-tesimo quadragesimo primo. qui post tertium annum defunctus est. nam XXti. quinque annis Capuam veterem et mensibus tribus tenuerat. cui succedit Lando filius eius, qui cum predictam civitatem quam pater suus edificaverat novam in predicto monticulo annis XIII. et menses VIII. dominatus fuisset, predicta civitas funditus igne consumpta est. tunc convocatis fratribus suis Landone, Pandone, et Landenulfo, cum Landulfo episcopo ad pontem Cansulini, condiderunt ibi civitatem, que nunc est Capua, in qua predictus Lando prefuit annis tribus et mensibus XIII. tuncque Capuam cum Neapolitis infinita bella habere ceperunt. Supradictus autem abbas Teuto, causa utilitatis huius monasterii, commutavit cum principibus Beneventanis res et possessiones, quas habebat in Caudetanis, a quibus accepit possessiones et res inclitas, cum ecclesia Sancte Dei genitricis Marie, que vocatur in Oliveto. [[Page 316]

SUPERIOR quoque Iacobus abbas iam tunc commutaverat a Sikenolfo principe Salernitano res ipsas in Tusciano, pro quibus accepit proprias res patrimonii ipsius principis, in locum qui dicitur ad Pontem Lapideum, sicut per hoc scriptum declaratur. IN nomine Domini. Domnus vir gloriosissimus Sikenolfus, Dei providencia, Longobardorum gentis princeps, anno regni nostri, Deo propicio, decimo, mense novembrio, terciadecima indiccione. Dum nostre eximie potestati congruum fuit vicariacionis ordine accipere da Iacobo, venerabile abbate, rector monasterii Sancti Vincencii, quod edificatum est super fluvio Vulturno, rem eius monasterii, cum curte et casis, seu ecclesia, quas habent in locum qui dicitur Tusciano, finibus Salernitanis, qui in ipso monasterio datum fuit per Truppoaldum episcopus, filius Andree, et daret eidem abbati eius monasterii habendam rem, que est propria nostra, in locum qui dicitur Ponte Lapideum, finibus cum finis, qui nobis pertinuit de iure parentibus nostris. dum cognitum est nobis ut, sine noticia de idoneos homines, non ipsum perficere valeremus, tunc convocavimus Mauroaldum abbatem, et Truppoaldum, et Maionem, seu Radechis comitibus nostris, et precepimus illis ut inter nos essent bec omnia adimplenda. ipsi quoque direxerunt super rem illam doctos homines, et preceperunt illis ut,[Page 317]

cum Dei timore, ipsa appreciarent, quam et cum ipsis perrexit Audoaldus, prepositus ipsius monasterii, cum quo illuc abierunt et ad nos reversi sunt. narraverunt nobis ut rem illam, quas ego dare volebam, fuisset apreciata auri solidos mille quingentos absque condomas duas cum filie sue, que inde sunt pertinentes, idest Rodipertus cum uxore sua, et tres filie sue; et Domoaldus cum uxore et una filia sua, quam et de ipsis rebus eorum dixerunt similiter monasterii ut per doctos homines fuisset appreciatum, idest auri solidos II mille x. Dum taliter nobis nunciatum est, et eundem abbatem inde cognitum fecimus, placuit ei et eius congregationi hanc fieri commutationem. tamen pro remelioranda causa ecclesie, sicut lex affirmat, relaxo ibidem rem ipsam, quod superfluum est balientem, et insuper adiungo ibi predictos servos et ancillas, que supra legitur. Sic ego nominatus Sykenolfus princeps, per hanc chartulam, trado tibi nominato Iacobi abbati integras ipsas res in supradicto loco, que habet fines: da capu fine via publica antiqua; de alio latu fine flumen Calore; de alia parte fine flumen Cotcia, et coniungentes se ambo ipsa flumina insimul de clauso isto sicut fines positi sunt, scepto ad meam potestatem Barunculum servum meum, cum uxore et due filie eius, et cum integro cespite, atque pertinencia eorum; de illo alio infra predictos fines integram sorcionem meam, eundem qui ad parentibus meis legibus a parcionariis eorum evenire debuit, totum in integrum, quomodo supra legitur, tibi qui supra Iacobi abbati, una cum ipsa remelioracione, et cum ipsis servis et ancillis, sicut suprascriptum est, tradidi possidenda. Pro quibus recepi a te predictam rem vestram in Tusciano, sicut chartula continet, quam nobis exinde firmasti, ea ratione, ut amodo et semper tu nominatus

Iacobus abbas et posterius tui supradictam meam vicariacionem, una cum ipsa remelioracionem, habere et possidere valeatis, absque omni requisicione mea vel heredum meorum, de quibus[Page 318]

me nominatum Sikenolfum principem oblige et heredes meos conligo tibi et ad posterius tuos, ut si aliquo tempore hanc commutacionem disrumpere voluerimus, ante omnia omni tempore vacui et taciti exinde maneamus, et a nostra parte semper firmiter illa habeatis, et insuper quinquemilia beneventanos solidos vobis aut ad posterius vestros nos componere obligamus. Si vero alter quicumque homo exinde causaverit, et per legem et iusticiam ipsos convincere potuerit, ante <omnia> secundum legem || sacramenta inde persolvamus, ut nostro non fiat conclusio, et insuper dare vobis nos obligamus ferquidam rem in eodem loco, qualis ista nostra vicariacione in illa die paruerit. Et hanc chartulam tibi Rageprando notario nostro scribere precepimus. Actum Salerno, in sacro palacio, feliciter.

EXPLETIS vero abbas Teuto in huius regimine monasterii annis tribus, mensibus septem, obiit in pace decimo kalendas septembris, anno dominice incarnationis octingentesimo quinquagesimo sexto, indiccione quinta.

IOHANNES abbas Sancti Vincencii. iste preceptum accepit a domno Grimoaldo, duce Beneventano, de casale, qui dicitur Casa Summi.

commutacionem quoque fecit cum Ademari, principe Salernitano, de quibusdam rebus, pro quibus accepit curtem et casam, infra Salernitanam civitatem. iudicatus quoque defenicionem accepit de altercacione quadam, que exorta fuera<t> de rebus et condomis in Patenaria,[Page 319]

et in monte Calvu, prope Beneventum, et in casale Vetticano. descripciones quorum ita continere videntur.

IN nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Concessimus nos gloriosissimus domnus Grimoald, summus dux gentis Longobardorum, tibi Iohanni, abbati Christi martiris Vincencii monasterii, casalem nomine Casa Summi, qui fuit de Vitaliano colono nostro, quatenus ab hac die habeatis et possideatis, et a nullo quemquam hominem numquam habeatis aliquam questionem aut reprehensionem, sed, sicut superius diximus, perpetuis temporibus securi valeatis possidere ipsum supranominatum casale. Quam vero membrana[Page 320]

concessionis dictavi ego Vuiso subdiaconus, ex iussione suprascripte potestatis, tibi || Pergoaldo notario scribendum. Actum Benevento, in palacio, mense augusti, per indiccione prima, feliciter. IN nomine Domini. Quinto anno principatus domni nostri Ademari, mense aprilis, sexta indiccione. Ideoque ego supradictus domnus Ademari princeps declaro quia intencionem habuit nobiscum Artefusus, prepositus maior, et Cumprando, manipulus maior, qui pertinentes sunt in monasterio Sancti Vincencii, ubi nunc domnus Iohannes humilis abbas regimen tenere videtur, de quarta illa, quam domnus Petrus, genitor meus, emisit ac dedit, et de casis et de curte, et ecclesia atque edificiis, que sunt infra civitate Salernitana, ubi predictus genitor meus et ipsa Audperga usque ad diem obitus sui residentes fuerunt, et dum per partes conveniencie mihi eundem relaxasti quantum in vestro monasterio per ipsa Audperga eundem fuit pertinentem et scriptum mihi inde emisistis. Propterea ego nominatus domnus Ademari princeps, per hoc scriptum, trade vobis Artefuso et Cuniprando, in parte vestri monasterii habendum, casa cum sedimen, et sedimen et curtem suam, infra civitatem novam Salernitanam quam emptam habeo a filiis Ursi, et est ipsa casa in longitudine pedes quadraginta octo, et in latitudine pedes quadraginta tres, scepto inde ipsa casa lignicia, nam illo alio cum ipsa casa Fabritta, et cum finis et mensuris, et cum curte et andito suo in integrum, in parte[Page 321]

conveniencie vobis tradidi ad pars supradicti monasterii securiter habenda, ea racione, ut amodo et semper vos nominati et posterius vestri predictam casam et terram, qualiter superius legitur, in predicto vestro monasterio habere et possidere valeatis, de qua me repromitto et heredes meos oblige vobis et ad posterius vestros supradictam terram et casam ab omnes homines in antestare. et defendere. quod si non potuerimus, aut si nos ipsi forsitan per quodlibet ingenium retornare quesierimus, ante omnia a parte nostra, secundum legem, sacramenta vobis inde fiant persolta, ut nostro non fiat colludio, et ferquidam terrain et casas cum suis

edificiis in eadem civitate vobis dare || promittimus, qualis ista nostra dacione in illo die paruerit. Quod tibi Ragemprando notario scribere iussimus. Actum Salerno, in sacro palacio, mense et indiccione suprascripta, feliciter.

IN nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Temporibus gloriosissimi[...], summi ducis gentis Longobardorum, anno VIII. gloriosi ducatus eius, mense iunio, per indiccione quarta. Sicut non sunt obmittenda, ut cotidie non deficiantur preterita peccata, ita reminiscenda sunt retroactas versucias, et unde proposui-mus, questionem licet necesse est retexere ordinem. Ideoque ad clarum deducenda sunt eo quod Godescalculus, qui fuit quondam dux, per cartulam offercionis contulerat in monasterio Sancte Dei[Page 322]

genitricis Marie, quod situm esse videtur in Ysernias, in quo decreverat Annam coniugem suam regulariter vitam degere, et de sua substantia per singula loca nominative dare, qualiter ipsa dum adviveret vel eiusdem monasterii famuli nullam in posterum necessitatem paterentur sed nec paciantur, occulto Dei iudicio minime compleverunt suam devocionem, nam res illa, vivente ipso et Anna, ad monasterium Sancti Vincencii sunt per ipsius preceptum devolute. sed dum ipsis in fugam positis perierunt, tunc Gysulfus quondam dux inpuplicavit omnes res eorum, et concessit per singulis fidelibus suis, eciam et illas quas monasterium Sancti Vincencii habendi dixerunt. unde postmodum per iudicatum domne Scaniperge et domni Liudprandi ad monasterium sunt recepte, sed non omnes. pro quas vero res surrexerat Alahis adversus monasterium cum precepto Gysulfi quondam ducis et cepit agere contra monasterium, qualiter ipsas res in suo iure defenderet. et dum multe exinde cause emersissent, convenerant inter Alahis et monasterium quid quisque perscriptas habere debuisset. sed nec in hoc contentus fuit, pertraxit causam, ut ad iudicium domni Aystulfi regis Ticino pariter coniungere debuissent, sicuti et factum est; et ipse per suum iudicium confirmaverat manum illam quam Alahis consignaverat, qualiter inter ipsum || et monasterium convenerat. sed nec sic potuit monasterium in omnibus suam invenire iusticiam, iterum commota causa cum Radoaldo gastaldeo per plures vices, in presencia domni Arichis, intencionando pro causa de filiis et noras suas seu germana eorum Eufimia, ancilla Dei, filia quondam Alahis, de prenominata substantia, vix tandem per ipsius iudicium ad nostram pervaluimus pervenire iusticiam, his expletis et obmissas omnes retroactas causaciones, inter Iohannem abbatem et Radoaldum gastaldeum, qui procurabat causas de filiis et noras suas, vel de Eufimia predicta germana[Page 323]

eorum, causas pactuacionis de suprascripta substa<n>cia quid <h>abere debeat Raduhin et Ermeperthus cum coniuges suas, idest Altruda et Ermetruda, necnon et Eufimia germana eorum, vel quid monasterii Sancti Vincencii et eius congregacio, ideoque convenit ut pars monasterii haberet castanietum illum in Patenaria per designata loca: idest fine via publica usque in castanietum Brincoaldi, per carrariola, usque in rivo ad Caprufici signatum. et deinde erga ipsum rivum usque in finem de servi Ulciani gastaldei, et deinde per ipsos fines servi Ulciani, usque in sepe Fusculi, servo Theodoracini, qualiter reconiunget in finem monasterii in integrum; simul et in eodem loco condomas duas, una qui regitur per Crispulo, Mauriculo et Maurisso germanis cum uxores, filiis et filiabus et omnia eorum pertinencia, et [...] Rocculo cum duos filios suos, idest Soppulo et Cissulo et noras ipsius cum omnia quantum ad manus suas habere visi sunt in ipsum locum Patenaria; similiter et ad monte Calbo prope civitatem Beneventanam, erga monasterium Sancti Petri, qui fuit de quo[n]dam Tatuni, in integrum vineas pecias duas, et campora duo, unde nobis nichil reservavimus. unde convenit ut haberet pars Raduhini et Ermeperthi cum coniuges suas vel Eufimia germana eorum in primis condoma in Missano, idest Lagari et Alari, seu Munulfus, cum uxores, filiis et filias, et omnia eorum pertinencia; condoma in casale Crissano Maroaldus cum uxore, filiis et filias, et omnia eorum pertinencia; et condoma || in casale Vetticano, Iubiolu, Trasoaldus, Guettulus cum uxoribus, filios et filias, et omnia eorum pertinencia, qualiter hec omnia superius scripta a Godescalco duce in monasterio offertum fuerat: reliquas vero res quoddam Godescalci, qualiter eius offercio continet, habeat pars monasterii Sancti Vincencii, absque ulla contradiccione istorum vel heredes[Page 324]

ipsarum. Et si qua pars parti contra hec omnia scripta ire quandoque temptaverit, vel removere presumpserit, componat pars parti fidem servanti pene nomine auri solidos mille, et presens cartula conveniencie

in sua maneat firmitate. Et hoc stetit inter eos, ut unus alteri ab omni homine defensare deberet, et si defendere minime valeret, et probata fuerit causa, in dupplum unus alteri restituet, in quantum defensare minime potuerit. similiter et sint amodo cassate vel corrupte, nullum in se habentes roborem neque manus conscriptas, nec per iudicata vel precepta, que Aystuiftis rex emisit de suprascripta conveniencia, sed tantum iste amodo conscripte stabiles et inviolate suum debeant conservare roborem. Quas enim duas cartulas conveniencie uno tinore conscrib<tas> sibi ad invicem tradiderunt, et me Aldefrid notarium scribere rogaverunt. Actum Benevento, mense et indiccione suprascripti, feliciter. VENERABILES vero abbas Iohannes, completis in sacro regimine annis septem, mensibus quatuor, obiit quinto idus octubris, anno dominice incarnationis octingentesimo sexagesimo tercio, indiccione duodecima. ARTEFUSUS abbas Sancti Vincencii. iste preceptum accepit a domno Ludovico imperatore, de hereditate monasterii per circuitum, huiusmodi.[Page 325]

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Hiudovicus, divina ordinante clemencia, imperator augustus. Cum petitionibus sacerdotum ac servorum Dei, quas nostris auribus insinuaverint || fibenter audimus, et eas cum Dei auxilio ad effectum perducimus, non solum regiam consuetudinem exercemus, sed eciam hoc nobis tam ad presentis vite prosperitatem, quam ad future beatitudinem adipiscendam non minimum emolumenti confidimus. Iccirco notum sit omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, castaldeis, accionariis, vicariis, centenariis, ccterisque fidelibus omnibus sancte Dei Ecclesie et nostris, presentibus scilicet et futuris, quia vir venerabilis Artefusus, abbas monasterii Beati martyris Christi Vitencii, quod est situm in territorio Beneventano, super fiuvium Volturnum, nostram adiens serenitatem, optulit optutibus nostris precepta ducum et principum, atque offerciones, aliasque scripciones, in quibus tam illi quam quorumlibet Deo devotorum hominum concessionem, quas illi, pro amore vite future, atque remissione peccatorum, partibus predicti monasterii, de suis rebus spontanea voluntate contulerunt, suggerens ac petens, ut eadem precepta, offerciones, vel ceteras scripciones nostre concessionis[Page 326]

et confirmacionis precepcione confirmaremus. Cuius petitioni, propter amorem domini nostri Iesu Christi, et propter re-verenciam Christi memorati martyris Sancti Vincencii, cuius honori atque nomini predictum monasterium dicatum esse cognoscitur, assensum prebentes, iuxta quod rogaverat, predicta precepta, scripciones, offercionesque nostra auctoritate concedimus et confirmamus, decernentes videlicet per hos fines: incipiente primitus a fluvio, qui dicitur Sangro; deinde per montes puplicos, usque in montem, qui dicitur Acze, et sic revolvente monte eodem, usque in fluvio, qui dicitur Melfa; et quemadmodum decurrit ipsa Melfa, usque ubi coniungit se cum parvo fluvio, qui dicitur Mellarinus, et abhinc in vertice montis, qui dicitur Balbola, et sic per cilium eiusdem montis, usque in montem Archanum, et montem Marthe, montenque Casale, eosque videlicet montes extrinsecus circum-dantes, in ortum usque riaginis, que nominatur Ravennola; et a capite eiusdem riaginis venientes iuxta montes puplicos, in mon-tem usque Benafranum, qui est super urbem; eodem vero revolvente monte, usque in cilium montis, qui est super terram, que vocatur Arcora, que est ecclesie hereditas Sancte Dei genitricis Marie, que Olivetum vocatur, || subiecta prefati monasterii, et ecclesia nichilominus Sancte Cristine, cum inclitis territoriis suis, et cum reliquis finibus ipsa hereditas circumdata in fluvio usque Vulturno; nam iterum ex alia parte inchoante prima fine[Page 327]

cum iam dicto fluvio Sangro, ipsoque relinquente quomodo decernit a paru colle, et pergens usque in rivio, qui dicitur Foruli, eodemque decurrente rivio usque in fluvio Vantra, et quomodo decurrit ipsum flumen in alio flumine, quod Vulturnus vocatur, et quemadmodum ipsum decurrit flumen iuxta terras eiusdem monasterii, usque in predictis finibus et terris ecclesie Sancte Marie, per hos quoque fines, una cum servis et ancillis, cespitibusque suis, nec non et cum castris, montibus, collibus, vallibus, toronibus, ecclesiis, aquis, pascuis et omnia infra ipsis finibus manencia hac nostra presenti auctoritate in prefato cenobio ita concedantur et confirmentur, ut abhinc in futurum stabiles et firme perseverent. ita

videlicet, ut quicquid de ipsis, || vel in ipsis rectores, et ministri ipsius memorati venerabilis monasterii disponere atque ordinare, vel pro utilitate eiusdem loci facere voluerint, absque ullius quolibet honore vel dignitate prediti, iniusta contradiccione ordinent atque disponant, et faciant quicquid supradicti cenobii utilitati congruere et convenire perspexerint. E t nulli sit deinceps licencia infra predictos fines aliquam contrarietatem seu molestiam partibus inferre prefati cenobii, per inclitos supradictos fines, neque per possessiones parentum seu per aliam quamlibet rationem, excepto per verissimas cartulas, cum quibus se causatores legaliter defendere queant, iustasque consignaciones utiliter consignata. Quod si quislibet contra hanc nostram concessionem vel confirmationem insurgere vel molestias inferre temptaverit, sciat se compositurum auri purissimi libras trecentas, medietatem sacro nostro palacio, et medietatem eidem venerabili monasterio. Et ut hec nostre auctoritatis largicio firmiorem optineat vigorem, et per curricula annorum. inviolabilem atque incommutabilem || optineat firmitatem, et a fidelibus sancte Dei Ecclesie, et nostris presentibus scilicet et futuris, credatur et diligencius conservetur, manu propria subterscripsimus,[Page 328]

et anuli nostri impressione signari iussimus. Signum [M] Ludovici serenissimi imperatoris. Data III^o. idus iunias, anno Christo propicio XVII^o. imperii domni Hludovici piissimi augusti, indiccione XIII^{la}., et postquam cepit Capuam anno primo. Actum Capua civitate, in Dei nomine, feliciter. COMPLETIS venerabilis abbas Artefusus in sacro regimine annis novem, obiit XVIII^o. kalendas magii, anno dominice incarnationis octingentesimo septuagesimo secundo, indiccione sexta. apud Casinum vero Bassacio XVIII^o. annis peractis, Bertharius succedit. MAIO abbas Sancti Vinceneii. sedit annis VIII. istius tempore, dum Hludovicus imperator, filius Lotharii, tocius Romani imperii pie sollicitudinem agens, ac maxime pro ecclesiarum defensione Valerie provinciam circuiret, contigit virum venerabilem Maionem abbatem illi occurrere, et ab eo suppliciter pro causa sui monasterii iusticiam querere. a quo honorifice susceptus, que poposcerat, impetravit. et quoniam ex villa Tritensi et monasterio Beati Petri maxima multitudo servorum[Page 329]

ingeniose et subdole se a servicio et solutione vectigalium subtraxerant, datis a latere suo Augustus idem iudicibus, precepit uti predictus abbas in omnibus iusticiam consequeretur. que autem ab eisdem inventa, et recto iudicio monasterio sunt restituta, ita in suis scriptis || reliquerunt. DUM in Christi omnipotentis nomine venisset domnus Hludovicus serenissimus augustus in castaldatum Balvensem, loco qui vocatur valle Tritana, in cella de monasterio Sancti Vincencii, sita in ipso loco Trite, tunc venietis Maio, venerabilis abbas eiusdem monasterii, eius misericordiam reclamans, quod de ipsa cella Trite vel de aliis locis, per pravos et iniquos homines, subdole et ingeniose servos et ancillas, vel obligatos, vel alias res subtractas esse de ipso monasterio, et minime exinde iusticiam usque actenus invenire potuisset, ille vero, misericordia motus, Adraldi vicecomiti palatii iussit, ut resideret in iudicio cum Agelmundo et Petrus scabini palatii, et ipsius abbatis postulacionem pleniter adimplerent. Et tunc nos Adraldus, cum ipso iudice palatino, et cum Samson castaldeo ipsius, civis Balvense, resedissemus nos ibidem in Trite, ad ecclesiam Sancti Iuvenalis, in plaito, et ipse prenomatus abbas[Page 330]

ibidem nobiscum in ipso plaito residente et cotidie reclamante, ut suam iusticiam invenire potuisset, et dum nos per plures dies ibidem cotidie in plaito resedissemus, sed ipsos servos, qui subtracti erant, minime habere potuissemus, dum nos Adraldus ipsos servos, nec per districtum, nec per demandatum, ad nostrum plaitum, habere potuissemus, sic perreximus ad domnum imperatorem et re-nunciavimus ei omnia hec superscripta. tunc ipse Augustus sta-tim precepit ipsi Adraldo et Samson castaldeo, ut statim pergerent et ipsum abbatem cum suis monachis et cum Teudelasio abbocatore eorum reinvestirent de omnia superscripta, que subtracta fuerant de ipso monasterio, ad partem predicti monasterii. et secundum preceptum Augusti ita fictum est. Tunc ab ipso Augusto Samson superscripto castaldeo precepit, ut in vice comiti palatii sui pergeret cum ipso venerabili abbate ad eius iusticiam pleniter

adimplendam ad partem ipsius monasterii, ut omnes ipsi servi, qui subtracti erant de villa Oofene; et Cerquetum, cum eius vocabulis; et de Marcinisci; et de Tribilio; Larencisci; || Marcianisci; Pre-scianu; Obino; Furmecusi, vel de aliis locis in ipsa valle Tritana, qui ad eius placitum venire noluissent, potestative eos apprehenderet, et in ipso servicio eos replicaret cum familiis, et filiis, et rebus, et mobilibus, absque cuiuslibet contradiccione ad partem predicti monasterii. et ipsi homines, qui ad eius placitum venissent, et le-gibus servi de ipso monasterio esse deberent, ut in ipsius presenciam, sic eos replicarent in servicio de ipso monasterio, sicut et in presenciam ducum vel comitum palatii mei, sic per suam auctoritatem in ipso monasterio confirmare dignatus est. Et dum nos Samson castaldeus et missus domni imperatoris, in Christi nomine, in plaito resedissemus in ipsa valle Tritana, in villa Cerquetu, ut iussionem domini imperatoris adimpleremus, ubi nobis-cum erant in ipso plaito Adelmundus filius quondam Asfredeli olim castaldei, Gualpertus notarius et scabinus, Iohannes filius Asoaldi,[Page 331]

Adelmundus sculdais, vel reliqui plures. ibique venientes in nostri suprascripta presenciam Maio venerabilis abbas una cum Teodelasio abbocatore suo, et querelas nobis reddentes super Ansefredum filio quondam Ansuini, cum fratribus suis Ansum et Verteramum; et super Iohannem, et Castum, filii quondam Ursi; et Dato filio quondam Antecisi; Specioso filio Speciosi; Gundepertus filius quondam Bonuli; Maynulo filius quondam Mainulfi; Gunipertus filius quondam Anseperti; Rainulo Redonatus; Faroaldus filii quondam Scattuli; Ursus filius quondam Rimeperti; Ado et Lucefredo filii quondam Aluni; Leo filius quondam Aldeperti; Mango filius quondam Aldeperti; Unepertus, et Teodepertus, et Gualtari, Amando filii quondam Petronaci; Iohannes, filius quondam Campuli; Gaugiosus, et Alepertus, et Adepertus, et Ursus, et Benecisi, et Benedictus filii quondam Ansfrede; Teoderisi, et Ursepertus, Leo, Adelpertus filii quondam Ursi; Guarnepertus, Lioprandus filii quondam Gaviuli; Ursepertus filius quondam Godeperti; Lupus filius quondam Gualduli; Ursepertus filius quondam Redonati; Lairanum, et Gundelupum filii quondam Cusi; Iohannes filius quondam Ursi; Lupulo, et Martinulo filii quondam Lamfrede; Gaviolum filius quondam Godi; Traso filius quondam Trasari; Lupo, et Teuderisi filii quondam Ursi || Bectu filius quondam Ursiperti; Lupulo, et Ainoaldo filii quondam Tudemundi; Erfemari filius quondam Gundeperti; Petrus filius quondam Ileprandi; Maio filius quondam Aduni; Gaipertus, Guinulo, Deodatus, Liopertus filii quondam Lioperti; et Arnualdus filius quondam Cerculi.

Isti omnes prenominati, qui hic presentes stare videntur, patres eorum et matres eorum servi et ancille fuerunt de predicto monasterio de eius cella Trite, modo se subtraxerunt de ipso servicio, pro qua causa nescimus. at contra responderunt ipsi prenominati suprascripti homines et dixerunt: "Nec faciat Deus, nec est veritas quod patres nostri et matres nostre servi vel ancille fuissent de predicto monasterio. tantum iudicate quod lex est " audientes nos qui supra iudices, uno tenore eis respondentes, sic interrogavimus eos, si per testes probare potuissent, sicut dixerant.[Page 332]

illi uno tenore unanimiter dixerunt: " Quia per testes sic probare possumus nostram libertatem" et talem guadium eos dare fecimus; et ipse Teodelasius dedit guadium de parata, et fideiussorem inter se posuerunt de utraque parte. Sed dum de ambarum parcium revenisset in alio placito, in villa Ofene, in presenciam Samson castaldei et misso domni imperatoris, ubi et cum eo aderant in ipso placito Adelpertus, et Iohannes, et Gualpertus sclabini, Adelmanno filius quondam Asfrede, Odelrich filius quondam Albuni, Iohannes filius quondam Usoaldi, Adelmundo sculdahis, vel reliqui plures, sic ante nos iudices questus est Maio venerabilis abbas, una cum Teodelasio abbocatore suo et dixerunt: " Ecce nos parati sumus ad ipsa testimonia recipienda de istis prenomnatis et superscriptis hominibus, sicut guadia dederunt nobis, qui hic presentes stare videntur ". Illi toti prenominati homines, unanimiter uno tenore, dixerunt: " Vere de nostra libertate minime probare possumus, quia patres nostri et matres nostre servi et ancille fuerunt de predicto monasterio de cella eius Trite, et nos cum lege servi esse debemus de ipso monasterio. tantum iudicate quod vobis placet ". Audientes nos suprascriptus castaldeus et missus domni Augusti talem professionem eos facientes, rectum nobis apparuit velut ita, et iudicavimus || secundum iussionem domni Augusti, et eius auctoritate, que coram nobis relicta est: ut ipsos suprascriptos servos recolligeret

ipse abbas venerabilis cum Teodelasio abbocatore suo, et cum suis monachis in eorum servicio, ad partem predicti monasterii. quod ita factum est. Unde hec acta est causa vel deliberata, presentis noticie iudicatum, nos qui supra castaldeus cum superscripti iudices Vualeperz notarium scribere iussimus atque conductavimus. Quam et ego Vualeperz notarius ibi fui, et hunc noticie iudicatum scripsi, in anno imperii domni Hludovici imperatoris vicesimo tercio, et die [...] mense ianuario, per indicione quinta. Actum feliciter in Balba. Testes superscripti: Samson castaldeus et missus domni imperatoris ibi fui; Adelpertus[Page 333]

ibi fui; Iohannes ibi fui; Adelmundo sculdais ibi fui et signum crucis feci; Adelmannus ibi fui; Madelpertus presbiter ibi fui; Ingelradus ibi fui; Gauderisi diaconus ibi fui; Iohannes ibi fui *

BREVE DE SERVIS NOSTRIS,

QUOS RECOLLEGIMUS IN VALLE TRITANA.

IN primis de Cerqueto villa, de scariato Vuarnoni: ipse

Vuarno cum Gaiperto filio suo. istam hereditatem tenent: filii

Gualteri; Opatandus filius Probati cum filiis suis; Fliano; Ursi-

pertus cum filio suo Petro; Godeffid filius Boneffid cum filio suo

Aldone; Udepertus, et Iustinus, et Iohannes filii Hilduli: isti debent

singulas angarias istas hereditates Iustini tenent: fili

Gualteri; Ursus filius Raduli; Bonosus cum filiis suis Hildecari,

Sindo, et Hilderico; Samoaldo; Petrus; et Liudulfus filius Liudeperti;

Petrus cum nepote suo Petro; Paulus cum filiis suis Adelperto, Iohanne, et Petro;

Ramoaldus et Maio, et Arnoaldus, et

Rodemundus filii Yliani: isti debent singulas angarias facere. Ursus,

Ursepertus filii Pertuli et Vuineperge: isti debent singulas angarias

facere. Ildericus, Teudericus, et Ursillus filii Gise: et isti similiter.

Iustinus filius Vuarini; et Urse cum filiis suis Prandone,[Page 334]

et Angelperto; Taso filius Teude||perge cum filio suo Petro; Astepertus

cum filio suo Ursello; Aldoni filius Mangoli cum filiis suis

Ianni et Mangone; Asterado filius Astulfi; Adelpertus filius Lordemanni;

Angelpertus filius Ianneperti; Donoaldus germanus eius;

Ianni cum filiis suis; Gundepertus filius Petronaci cum filiis suis

Iohannes et Petronaci; Immo filius Iennaci cum filiis suis Iohanne

et Gennaci: omnes isti insimul .LXa IIIlor

Item decania Teúdoaldi de ipsa villa de C e r q u e t o : in primis

ipse Teudoaldus cum filiis suis Prando, Iohanne, et Vuinulo;

Alboini cum Arnoaldo nepote suo; Ildulus filius Bonoaldi; Maioranus

cum filiis suis Ildulo, Gundulo, Bonello. istam hereditatem

tenet Hildeprandus: Ursus cum filio suo Iohanne; Ursepertus cum

filio suo; Petrus, Stephanus filii Palumbi; et Senualdus germanus

eorum cum filiis suis. et ista Hildeprandus tenet: Hermesindus,

Lupari, Probato cum filiis suis Albo, et Solazo, et aliis; Petrus

filius Sindoni cum filiis suis, Raynulfus cum filie sue Poselende,

et Gilga; Angelosus, et Damianus; et Luceramus filius Iubiniani

cum filiis suis; Marianus cum filiis suis Iohanne, et Regeperto;

Iustus cum filiis suis Iustino, et Lupo; Iohannes, et Teudenandus,

et Fraupertus filii Liudenandi; Lupius filius Ursa cum filio suo

Leone; Ursus, Alboini filii Garefusi; Datepertus filius Bonioni cum

filiis suis Castiperto, et Madelperto; Taco filius Teudoaldi cum

filio suo Teudeperto, et cum nepotes suos Angelperto, et Teudosu;

Fuscari cum filiis suis Leone et aliis; Radulfus cum filiis suis

Palumbo, et Teuderisi; Benedictus cum filiis suis Gundeperto,

Urso et Benedicto; Lupus, Burra, Sano filii Tanzuli; Leo, Adelpertus,

et Arvini filii Aroni cum filiis suis; Ursemari, Iohannes

filii Ursa cum filiis suis; Gundulus cum Petro nepote suo; Santari

cum filiis suis Ildulo, et Astulfò; Leo filius Bonuli; Magelfrid

cum filio suo Urso; Lupardus cum filiis suis; Odoaldus filius Auduini

cum filiis suis; Auderisi filius Audoini; Audepertus, Iustinus,

Ildulus filii Paczuli; Alefrid, Rattusu filii Longiperti; Ermesindus

filii Sintari cum filiis suis. istam hereditatem tenet: Bittulu,

Leo, Vuarnulfus, Petrus filii Benedicti; Ursus filius Lupoaldi;[Page 335]

Barbatus, et Teodefrid filii || Arnoaldi; Urso, et Fluro filii Prodoli;

Iohannes, Solorno, Petrus, et Iohannes filii Barbazani; Pertulus,

Audepertus cum filiis suis. ista Farocco tenet: Aceprandus, et

Hildeprandus filii Ilduli; Teodoaldus, et Angelosus filii Pranduli

cum filiis suis, Guido, Petrus, Gennaci, Palumbo, Maio: omnes in

simul centum XXIIIlor.

Item de alia decania de C e r q u e t o Ansefrid: in primis ipse

Ansefrid cum filie sue; Iohannes cum filio suo Aruso; Teuto cum

filiis suis Nandone, et Anseperto; Spezus filius Spezusi cum filiis

suis; Gundipertus cum filiis suis Gundefrid, et Scaptulfo; Erfemari cum filio suo Lupo, quem, vendidit Manno; Vuampertus filius Ansepti; Ramulus; Redonatus; Faroaldus cum filio suo; Ursus, et Vuamepertus filii Rimepti; et Lucefrid filii Aluncii; Leo cum nepote suo Mangone; Anepertus; et Teudepertus; et Vualtari; Amandus cum filio suo Gaifulo; Iohannes filius Castuli cum filiis suis; Vertelandus, et Ansone cum filiis suis; omnes insimul .XLa Item de alia decania de C e r q u e t o de scariatu Gaudiosi: in primis ipse Gaudiosus cum filiis suis Teuderisi, Ursipertus et Leo; Adepertus cum filiis suis Adoaldo, Angelperto, et aliis; Vuarnepertus cum filio suo Petro; Liuprandus filius Gaviuli, cum filia sua, et cum nepotes suos Adelpertus, Ursus, Bettulu, et Bonicisi; Ursepertus cum filio suo Urso; Lupus filius Vualdoli cum filiis suis; Ursepertus cum filio suo Ursemari; Arnoaldus cum filiis suis; Lairanus filius Zose cum filie sue. ista tenet ipse comes: Gundelaupus filius Zose cum filio suo: Ioannes filius Ursi; Lampulus, et Martinulus cum filiis suis. et ista ipse comes tenet: Gaudiosus cum filiis suis; Traso cum filiis suis; Lupus cum filiis suis Adelperto, Teudeperto, et aliis; Teoderisi cum filiis suis Trasari, et Teudesulu; Bettulus filius Ursepti. et ista ipse comes tenet: Lupulus et Amoaldus filii Audemundi; Erfemari cum filiis suis; Petrus cum filio suo Cerquo; Maio cum filio suo Gaiperto; Gaipertus filius Perti cum filiis suis Angelpertus, Ursepertus, et alii; Vuinulus Surdi cum filiis suis Trasari, Ildeperto, et alii; Deodatus cum filia sua; Liupertus: omnes insimul LXXX.[Page 336]

Item de C e r q u e t o de villa, ubi Martinisci dicitur, de scariatu Gradicisi: in primis ipse Gradicisi cum filiis suis Angelpertus, Lampertus, et alii; Benedictus cum filio suo || Dominico, et filie sue; Baronicus cum filiis suis; Sicefreda cum filie sue; Leo cum filiis suis: Liuprandus cum filiis suis; Ildepertus cum filiis suis Maio et Maioranu; Iustinus cum filiis suis Gundipertus, Iustus, Sintari; Golepertus cum filiis suis Ursoaldus, Prandusu; Oteramulo, Godepertus, et Ursulu filii Coleradi; Iohannes filius Teudici cum filiis suis Petrus, Teuderisi, Balerinus; Iennaci cum Martinulo filio suo; Iannoaldus cum filiis suis Teuprandus, Liutualdus, Iannuculus; Audericulus filius Teudici, cum filia sua; Leo et Ursu fidi Vualperti cum filiis suis; Maiulus et Palumbus cum filiis suis; Liupertus cum filio suo Petro; Maiolus nepos Baronicii; Maio filius Prandosi; Magipergera mater eius, soror Cuneradi. Isti sunt de Tribilie et C e r q u e t o, et debent facere per annum operas XIIim. per angarias: Vuarnepertus filius Andree; Vulnfrida filia Liufrede; Sintari cum filiis suis Sindeperto, Audaldo, Ermesindus, et Iustus; Ursus cum filiis suis; Ursepertus, Petrus filius Lupardi cum filiis suis; Augelosus filius Grifoli cum filiis suis; Adepertus cum filiis suis; Luceradus cum filiis suis; Odelprandus cum filiis suis; Giseprandus filius Gisepti cum filie sue; Maurecisi cum filiis suis; Rosemone cum filiis suis; Petronaci cum filiis suis; Audolfus filius Palumbi cum filiis suis Adepertus, et Auderisi; Ursus filius Teudepti cum filiis suis; Datepertus filius Anepti cum filiis suis Otteramu, et alii; Ianni filius Antaldi. Item de L a u r e n c i s c i de scariato Teoderissi: in primis ipse Teoderissi cum filiis suis; Radoaldus, Rodenandus, Rodepertus, Gaiderisi, Gausepertus, Gundepertus filii Rodepaldisi; Mainoaldus; Regepertus filius Vuarini; Adepertus filius Audulini; Adoaldus; Gairaldus; Mauroaldus filius Vuaraldi; Petrus; Andreas filius Ursepti; Iohannes filius Ursernari; Datepertus filius Octuli; Idulus; Prandulus; Iohannes; Scanipertus filius Caruli; Cuneradus; Godeprandus filius Fulcoaldi; Gracianus filius Fulcoli; Teudo filius[Page 337]

Lupuli; Angelosus filius Gaudiosi; Tacipertus; Acipertus filius Lupoaldi; Albinus filius Auderissi; Godeprandus; Aleris filius Godofrede; Ursus filius Goderisi; Gaipertus; Iobinianus filius Crispoli; Mamoaldus filius Bonepti; Ursus filius Coloni; Iennaci filius Liuderisi: omnes insimul centum LXXX. fuerunt. || IN Christi omnipotentis nomine. Per demandacionem domni Ludovici piissimi augusti, domni imperatoris Lotharii filio, necnon et Guidoni ducis senioris nostri, in plaito resedissemus nos Framsidi castaldeus in Tritas curte, que fuit quondam Audoeni castaldei, pro ipsis servis de villa Ofene, valle Tritana, territorio Balbense, quod pars Sancti Vincencii de cella Trita querebat recolligere pro servi, ubi nobiscum adessent Arnulfus episcopus sancte sedis Balvensis, Giso, Iohannes scabinus, Alais scabinus, Senoaldus, Romaldus, Cuneradus, Gaiderisi, Alefridus, et Iohannes germani fratres, filii quondam Camponi, Ansfridus filius Odonei gastaldei,

sculdais, Iohannes filius quoddam Asoaldi, Ratpertus notarius,
Ildepertus, Adelpertus notarius, Rodemundus et Rodelandus
clerici, vel reliqui plures. Sic veniens in nostra supra nominati iudicis
presencia Gunipertus, prepositus de cella Trite ex monasterio Sancti
Vincencii, una cum Adelperto clerico, advocatore suo, reclamaverunt
nobis super homines de villa Ofene, et Urseperto filius quoddam
Ursemari, et super nepotes eius, idest Iohannes, Ioannaci, Arduus,
et Guarnepertus germani fratres filii Guarneperti; et super Andream
filium quoddam Ursiniani; et Specioso filius quoddam Lupardi;
et super Arduino, et Iohanne filii quoddam Atriani; et super
Teuprando filius quoddam Onzoli, dicendo eo quod homines fuerunt
semper servi Sancti Vincencii de cella Trite, pro quia omnes
eorum parentes sic fuerunt servi Sancti Vincencii; nunc autem se
subtraunt de ipso servicio, pro qua causa nescimus. at contra
respondebant ipsi prenominati homines: " Non est veritas quod
nos aut parentes nostri servi fuissetus Sancti Vincencii, sicut
iste Gunipertus prepositus et Adelpertus querunt, pro quia nos
et parentes nostri semper liberi fuimus, nam nos pro defensionis
causa fuimus pro liberi homines commendati in ipso monasterio
non pro servi ". Dum illi taliter dicerent, respondit
ipse Gunipertus prepositus cum Adelperto advocatore suo: " Certe
nos habemus preceptum Ludovici prioris avio domni Ludovici
piissimi augusti, nec non et aliud preceptum quod iste Ludovicus,
domni || imperatoris Lotharii filius, iterum reconfirmavit ipsum
preceptum quod avus suus fecerat in ipso monasterio, ut unde
pars predicti monasterii testes minime habere posset, exinde inquisicio
fieri deberet sicut et de regia parte. propterea si vobis
placet inquisitionem exinde faciatis, sicut dominus imperator precepit
et auctoritatem tribuit, si isti homines liberi fuerunt in ipso
monasterio an pro servicio ". Tutic nos Framisidus castaldeus
cum superscripti iudices, taliter eos altercationem habere videntes,
quod ipsi homines de villa Ofene dicebant ut pro liberi homines
fuissent et introissent in ipso monasterio tantum pro defensione,
non pro servi, sic fecimus venire bonos et veraces homines, qui de[Page 339]

ipsa causa bene sciebant, de valle Tritana et de Carapellas, tam de
viciniores quam et alias singulas villas, qui eos agnoverant, et fecimus
eos iurare per sancta Dei quatuor evangelia, ut quicquid de
hominibus ipsis scirent de Ofene, de illorum libertate, aut de servicio,
certam nobis dicerent veritatem. ideo in primis Adelbertus
Spoletinus, Lupo notarius, Fulcoaldus notarius, Teuprandus, et
Leo Centetinus, Lupo et Leo de Carapella, Scaupertus Centino de
Carapelle, Leo de Raschi, Aidolfus clericus, et Lupo, Adelpertus de
Caput Aque, Raclepertus Centinus, Fatari Centinus, Baroncellus
de Villa Magna, Teupertus de Carapelle, Gaitari Centinus de regis
Aula, Maioranus, et Griftilu, et post sacramentum deductos sic eos
per singulos unusquisque diligenter inquisivimus, illi nobis uno tinore
dixerunt: " Scimus nos a tempore quo memorare possumus,
quomodo iste Ursepertus in primis fuit scario pro servo super
alios servos Sancti Vincencii de Ofene, simul et omnes parentes
suos in ipsa angaria minabant pro servos, et illos prepositos, qui
in ipsa cella fuerunt, semper eos pro servos vidimus distringere
usque nunc, et si aliquani culpam mittebant ipsi superscripti
vel parentes eorum, in vinculis eos mittebant et distringebant
pro servos, et de illorum libertate nulla vidimus usque modo ".
Insuper et interrogavimus Ansfridum, qui olim castaldeus fuit, et
Giso scabinu, et Aliisum scabinum in ipso sacramento vel fide-
litate, quam domno imperatori promissam habuerunt, ut quicquid
de ipsis superscriptis servis vel de parentibus eorum scirent, cer-
tam nobis dicerent || veritatem. illi nobis dixerunt uno tenore, per
illum sacramentum vel fidelitatem quam domno imperatori promissam
habemus: " Quod a tempore quo memorare possumus,
iste Ursipertus, Iohannes, Iohannaci, Ardosu, Guarnepertus, Andreas,
Teuprandus, Speciosus, Arduini, et Iohannes semper istos
et parentes eorum servos Sancti Vincencii vidimus esse, et omnia
sic vera sunt, sicut superius nominati iuraverunt ". Et dum nos
Framsidas castaldeus cum superscriptos iudices taliter omnia invenimus[Page 340]

et cognovimus, per ipsa precepta et per ipsas inquisitiones,
sic resuspendimus causam ipsam usque dum Guidoni duci seniori
nostro ipsam causam renunciassetus, et dum ei omnia nota
fecissetus, sic ipse Guido dux senior noster iterum precepit, ut

sicut per demandacionem et auctoritatem domni Ludovici imperatoris, ita et per demandacionem et iussionem suam ego Framsidus castaldeus, iuxta inquisitionem que ante nos facta est, causam ipsam finire inter ipsos monachos et ipsos homines de villa Ofene, et recolligerent ipsi monachi ipsos homines superius nominatos et parentes eorum in suo servicio pro servos. quod et factum est. Unde qualiter acta est causa vel deliberata, pro securitate predicti monasterii, presentem noticie iudicatum nos Framsidus castaldeus cum superscriptos iudices Fraupertum notarium scribere iussimus, et factum est anno imperii dominorum nostrorum imperatorum Lotharii et Ludovici filii eius piissimi augusti tricesimo secundo et quinto, mense februarii, per indiccione secunda. Testes: Framsidus castaldeus ibi fui; Giso ibi fui; Alagisi ibi fui; Adalpertus ibi fui; Senoaldus ibi fui; Iohannes ibi fui; et reliqui. HOC tempore quidam vir illustris de civitate Capua optulit in venerabili monasterio Beati Vincencii inclitam curtem suam in Fauciano, iuxta Marsicum montem per huiusmodi scriptum DE SANCTA MARIA IN FAUCIANO. IN nomine domini nostri Iesu Christi. Ludovico divina ordinante providencia imperatore augusto, anno imperii eius in Christi nomine vicesimoquinto, mense augusto, septima indiccione. Ideoque ego Galcisi capuanus, filius quoddam Eponi, || motus Dei omnipotentis misericordia, pro salute anime mee, ut hic et in futuro[Page 341]

de peccatis meis requiem invenire possim, per hanc meam chartulam offero in monasterio beatissimi Sancti Vincencii, in quo domnus vir venerabilis Maio abbas regimen tenere dinoscitur, hoc est integram ipsam curtem meam de loco Fauciano, finibus monte Marsico, propinquo ecclesia Sancte Marie, ideo integram curtem ipsam cum terris et vineis, pratis et pascuis, silvis, paludis, et aquis, et cum omnibus ad ipsam curtem pertinentibus in integrum in ipso sancto monasterio offerui ad possidendum, unde nec mihi Galcisi, nec meis heredibus, nec ulli bominum aliqua remaneat ratio, et nulla aliquo tempore de hac mea offercione inferatur molestia, sed perpetuis temporibus hec mea offercio in predicto monasterio firma et stabilis permaneat, et nullo tempore corrumpatur aut removeatur. Quam chartulam offercionis ego Galcisi in iam dicto monasterio Sancti Vincencii feci, et te Adelmari notarium scribere rogavi.

PRESIDENTE itaque venerabili abbate Maione in regimine loci huius per annos octo, hoc monasterium preciosi martyris Vincencii a nefandissima gente Agarenorum comprehensum, depredatum et incensum fuit, et predictus pater cum nungentis fratribus pariter, decollati sunt. quod qualiter actum sit sequenti hoc tercio libro pleniter describemus. Nunc interim aliquantulum vires, a labore cessando, reparemus, et iam spcundus iste liber hic faciat finem.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.[Page 342]

[Page 343]

INCIPIT LIBER TERCIVS

CHRONICE HUIUS.

PROLOGUS DOMNI IOHANNIS VENERABILIS ABBATIS
IN YSTORIA DECOLLATORUM NUNGENTORUM MONACHORUM
HUIUS MONASTERII.||

DIVERSARUM creaturarum distiticcione invisibilis creator informi materie formam prebens visibileni, iussit die tercio " congregari aquas, que sub celo erant, in locum unum, ut appareret arida ", et vocavit aridam terram, congregacionesque aquarum appellavit maria ". iussit quoque producere " terram herbam virentem, et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in sem<e>dipso sit super terram ". diximus in principio primi libri distinccione operum, formam materie dedit, quoniam aque nomine illa materies appellatur, unde erat Deus omnia formaturus. " super " quam " ferebatur spiritus Dei, sicut rebus fabricandis superfertur voluntas artificis. sicut celum, et[Page 344]

terra, et abyssus cum tenebris nomina sunt eiusdem informis materie, que nulla specie carnali posset tractari, eciam si esset homo, qui posset videre et tractare, sic celi et terre nomine ipsa materies informis dicta est, unde futurum erat celum et terra. aqua

vero ideo dicta est ipsa materia, quia facilis et ductilis subiacebat operanti, ut de illa omnia formarentur. et dictum est, quod " in principio fecit Deus celum et terram ", non quia iam erat, set quia certissime futurum erat. futurum tempus pro preterito, ut illud fecit, que futura sunt. nunc vero cum dicitur "congregentur aque, que sub celo sunt " in congregacionem unam, hoe dicitur, || ut materia illa incorporalis formetur in eam speciem, quam habent iste aque visibiles. congregacio quippe aquarum, ipsa est formacio istarum, quas videmus et tangimus. et quod dicitur " appareat arida ", hoc est ut illa materies accipiat formam visibilem, quam nunc habet ista terra, quam videmus et tangimus. cum enim superius terra incomposita diceretur, confusio et obscuritas materiei nominabatur. quod autem iussit Deus producere " terram herbam virentem, et lignum fructiferum facientem fructum secundum suam similitudinem ", sciendum quoniam ante peccatum hominis terra fructifera ligna et herbas bonas genuit, post peccatum vero spinas et tribulos produxit. sed quia die tercio, quod su[m]mum et magnificentissimum est, primum gloriosa et adoranda Trinitas fulgida regnans in maiestate, ut illud " numero Deus impare gaudet ", celestitim, terrestrium, et infernorum dominatrix, cui tremens assistit ter trinus angelorum ordo. lam vero post diluvium trium filiorum Noe proienie mundus restauratur, tribus patriarchis Dei noticia revelatur, ex quorum stirpe Christus incarnatur, qui natus in carne, in Chana Galilee die tertia ad nupcias invitatur, et cruce passus pro salute mundi tertia die resurrexisse[Page 345]

predicatur: qua die ad iudicium venturus expectatur. tunc, triticum a paleis separatum in celi horreo collocatur: quod digne sanctis martiribus nostris congruit, qui a mundi actibus separati, et roseo cruore decorati cum Deo regnant perpetuo coronati, quibus hunc tercium || librum nostri laboris mercede dicavimus. PROEMIUM

ANNO incarnationis Dominice octingentesimo octuagesimo secundo, indiccione quintadecima (residente in Sede Apostolica centesimo octavo ab apostolorum principe Petro papa Io- hanne apud Constantinopolim imperante Basilio quadragesimoseptimo post Constantinum, Italie vero Ludovico filio Lotharii regni iura tuente, monasterium preciosi martyris Christi Vincencii, et Beatissimi confessoris Benedicti <apud> Casin<um>, in quibus[Page 346]

plurimorum fratrum sancta congregacio, cum venerandis patribus Maione et Berthario, in omnipotentis Dei servicio permanebat, ab Agarenis depredata et ignibus combusta sunt, et paucis vix evadentibus plurima turba fratrum, cum predictis patribus, gladiis necati sunt.

Quod qualiter actum sit opere precium enarrare existimantes, non ab re esse arbitror, si aliquantulum excedentes, a superioribus exordium sumamus, id est ex quo reges Francorum supmserunt imperium Romanorum. et tam veridicas sequentes lineas historiographorum, quam ex relatione patrum religiosorum, que didicimus adicientes, posteris nostris, pietatis exemplo, sanctorum patrum nostrorum pro Christo occisorum memoriam relinquamus. re enim vera pro Christo occisi occubuerunt, qui longo vite sue tempore sub instituta sancte legis unanimes conversantes Christi gracia ad hoc pertingere meruerunt, ut Christo ministrantes ipsum sequerentur || usque ad opus magne caritatis, ac roseo cruore sue passionis septemplici Spiritus Sancti munere decorati, perpetui triumphi caperent dyadema beatum. ergo quia non immerito illos loci huius semper inspectores, ac bonorum iugiter suffragatores, specielius esse confidimus, oportet ut annis singulis eorum memoria ab omnibus dignissime celebretur, quatenus tam eorum, quam et omnium sanctorum meritis et precibus de mundi periculis ac inimicorum insidiis eripi mereamur, et peccatorum nostrorum veniam consequamur.[Page 347]

HYSTORIA DECOLLATORUM NUNGENTORUM MONACHORUM HUIUS MONASTERII

LONGOBARDORUM itaque gens, cum Italie fines invasisset utpote aliis gentibus viribus forciores, et reges eorum post Iulii Forum Ticinis sibi regni sedem statuissent, erant ex his duces tam in Benevento quam et in Spoletium civitates. denique Constans imperator cupiens a Longobardis Italiam eripere, cum multis diebus Beneventum cum valida exercitus sui multitudine obsedisset, et[Page 348]

verens Grimoaldi regis adventum, accepta Romualdi sorore, ab obsidione discessisset. idem Grimoaldus rex, post Beneventanorum erepcionem, Ticinum repedare volens, Trasemundum qui dudum Capue comes fuerat, data ei in matrimonio alia sorore Romualdi,

filiam videlicet suam, cum ipud Spoletum ducem effecit Gysulfo enim Foroiulanorum duce a Cacano rege Avarorum, qui et Hunni dicti sunt, in bello perecmpto, frater ipsius Grasulfus constituitur. quo defuncto || cum ducatu Ago successit. et hoc mortuo Lupus dux efficitur, qui plurimas donaciones contulit monasteriis servorum Dei, sed precipue monasterio Beatissimi Vincencii. hic cum in prelio Avarorum diu decertando occubuisset, Guettari vir benignus ducatum suscepit isto quoque mortuo Elander dux factus est; post quem Radoald succedit. Grimoaldus vero rex supradicti Lupi ducis filiam, Theoderadam nomine, post mortem patris, suo filio Romuald, Beneventanorum duci, in matrimonium tradidit, ex qua tres filios, Grimoaldum, Gysulfum et Arichis genuit denique Romuald multitudine sui exercitus congregata, Tarantum et Brundisium expugnavit, omnemque circa latissimam regionem suo dominio subiugavit. tunc quoque eius coniux Theoderada, extra muros Beneventane civitatis[Page 349]

basilicam in honore beati Petri apostoli construxit, et multarum ancillarum Dei cenobium statuit. ecclesiam quoque in honore sancte Dei genitricis Marie in Loco Sano pari modo edificavit: que omnia Beatissimi Vincencii martyris monasterio in sequenti tempore optulit cuius oblacio posi a Gysulfo eius filio duce, per preceptum confirmata est. Per idem tempus Vulgarum dux Alzeco nomine, cum magno exercitu, ad Grimoaldum regem venit, ei se servitutum, et in eius patria habitaturum promittens. quem ille ad Romualdum dirigens, ut ei cum suo populo loca ad habitandum concederet, precepit. quos Romuald excipiens, speciosa loca ad habitandum || tribuit, que usque ad illud tempus deserta erant: scilicet Sepinum, Bovianum et Yserniam, et alias cum suis territoriis civitates; ipsumque Alzeconem, mutato nomine, de duce castaldeum vocitari precepit. qui. multis temporibus in his locis habitantes, quamquam l<a>tine loquerentur, lingue tamen proprie usum non amiserunt. Radoald igitur Foroiulanorum duce defuncto, Ferdu<1>fus succedit. quem Coruolus sequitur, et post hunc Pemmo ducatum promeruit. Hoc tempore Gisulfus dux Beneventanorum Suram, Arpinum Romanorum civitates, et Arci pari oppida cepit, et usque in locum, qui Horrea dicitur castrametatus, totam Campaniam devastavit.[Page 350]

Hic multa bona monasteriis servorum Dei contulit, set precipue Beatissimi Vincencii, et Sanctissimi Benedicti. Spoletinorum quoque duce Trasemu<n>do mortuo, Faroaldus eius filius succedit, qui multa monasteriis servorum Dei dona concessit, sed precipue monasterio Farfensi. sed hic a filio suo Trasemundo captus, 5 et clericus factus est, eiusque locum idem Trasemundus invasit, et iste cum adversus Liudprandum regem rebellasset, expulsus, Hildericus ducatum Spoletinorum accepit. postque iterum Trasemundus Spoletum rediens, Hildericum extinxit, et ducatum recepit. At vero Liudprandus rex Spoletum veniens, Trasemundum ducatu expulit, eumque clericum faciens, in loco ipsius Agiprandum suum nepotem Constituit. Pemmonem quoque Foroiulanorum ducem ducatu expoliavit, quem patriarcham validissimis || tribulacionibus afflixit. filium vero ipsius Rachis pro eo in ducatu substituit. Igitur Longobardorum gentis, regibus decedentibus vel succedentibus, vicesimus nonus extabat tunc Aystulfus, ammodum crudelior omnibus. hic etenim multas et gravissimas persecuciones populo excitavit Romano. pro qua persecucione Stephanus secundus papa Apostolice Sedis ascitos venerabiles viros, videlicet Atonem abbatem monasterii Beatissimi Vincencii, et Optatum monasterii Sanctissimi Benedicti in Casino positi, ad eundem regem[Page 351]

Aystulfum destinavit, obsecrando, ut a cepta persecucione cessaret. ita enim validissime insistebat, ut urbem Romam niteretur invadere obsessione circumdatata, et ex omni populo per unumquemque singulos aureos expetebat. sed cum pervenissent ad eum nuncii, et ea, que in mandatis acceperant, detulissent, honorifice quidem suscepti sunt, sed nichil ab eo de perlatis negociis pro parte pontificis optinere potuerunt, quin immo per aliud iter ad propria remissi sunt monasteria. Is autem papa et missos Pipini regis Francorum, et legatos imperiales misit ad eundem regem pro ablatis urbibus. et dum nichil proficeret, cum eisdem Francorum missis per Papiam ad Gallias profectus est, et in Sancti Dyonisii monasterio Pipinum, cum duobus filiis suis, Carolo et Carlo Magno reges inunxit. Pipinus autem cum exercitu super Papiam advenit, et obsedit, ac sacramentis a Longobardis acceptis pro reddendis

urbibus ablatis, Galliam repedavit. Post hec Aystulfus, sacramento disrupto, nichil de rebus statutis adimplere voluit, sed omnes urbes Ravennancium, et Pentapoleos a dominio reipublice auferens, eciam urbem Romam || secundo undique circumdans, fortiter obsedit. tunc marino itinere nunciatum est Pipino regi Francorum, qui sine mora veniens Ticinum, obsedit eam, donec daret idem Aystulfus missos suos cum missos Pipini, qui redderent universas urbes beati Petri vicario. quod et factum est. Pipinus vero via, qua venerat, rediit. Aystulfus autem post hpc. in venacione sagitta percussus, mortuus est. post quem Desiderius cum filio Adelgiso regnavit annos decem et octo, mensibus duobus, et diebus decem. hic[Page 352]

licet bello fuerit austerus, tamen plurimis locis ecclesias construxit, ornavit, atque ditavit rebus et possessionibus multis. denique, ex iussione principis apostolorum Petri, monasterium edificavit in honore et vocabulo nominis ipsius, in valle Tritana, iuxta Siler fluvium, cui dotem et possessionem tribuit quicquid continetur in coniunccione duorum fluminum, quicquid eciam continetur per alpes et colles, qui habentur inter Tritensem et Pinnensem divisionem, usque ad montem Sigilla, et a boreali parte; a meridiana vero et australi parte quicquid habetur intra Furcunensem comitatum, et fluvium Calidum, atque ad coniunccionem fluminis Piscarie, et quomodo decurrit ipsa Piscaria, usque ad predictos fines. hec omnia scilicet monasterium, cum prenominationis finibus, ipse rex cum sua regina Ansa nomine donavit, concessit, ac confirmavit in venerabili monasterio preciosi Martyris Vincencii, ubi tunc sanctus pater Taso regimine paterno sancte Congregationi preerat Tamen quia, sicut premissum est, predietus rex bello austerus erat, et populo Romano diversas persecuciones inferebat, urbes quoque ablatas reddere nolebat, || vel quia filios Caroli, fratris magni Caroli, cum matre illorum, ad se fugientes suscepit, super Papiam Carolus rex advenit, tempore Adriani pape mense iunio. quam undique districcius obsidens coartabat cum Francis, Alamannis, Bungurdionibus, Saxonibus, aliarumque gentium multitudine, cepitque eam cum rege atque multitudine nobilium Longobardorum. Predictum vero regem et eius coniugem in Franciam postmodum asportavit, cuius filiam idem Carolus sibi in coniugium sociavit. et veniens Romam reddidit omnia, que pater eius Pipinus[Page 353]

dederat beato Petro, civitates et territoria per designata confinia: scilicet a Lunis cum insula Corsica, inde in Surianum, inde in montem Bardonem, inde in Vercetum, inde in Parmam, inde in Regium, inde in Mantuam, et montem Silicis, universum Exarchatum Ravenne, cum provinciis Veneciarum, et Hystrie, adiuncto ducatu Beneventano et Spoletino. in quo videlicet ducatu Spoletinorum, post Agiprandum, dux fuerat constitutus Hildeprandus, vir omnino catholicus, qui multa dona monasteriis servorum Dei contulit, sed precipue monasterio Beatissimi Vincencii. igitur capta Papia, et subiugata sibi Italia, rex Carolus, coronam Romani imperii accipiens, filios suos Pipinum et Ludovicum reges constituit, cum quibus crebrius Beneventum adiit capessendam. quo tempore Arichis, gener iam fati Desiderii regis, Benevento dux erat. qui civium saluti consulens, datis duobus liberis vice pignoris, cum illis pactus est, cum quibus coronam auream, et maximam thesaurorum partem tribuit. quibus recedentibus, predictus Arichis, illorum metus occasione, iuxta Beneventi || menia civitatem novam construxit, sed et urbem munitissimam antiquitus conditam Salernum restauravit. templum eciam opulentissimum Domino infra[Page 354]

Beneventi menia condidit, quod Sanctam Sapienciam nominavit, et monasterium puellare statuens, sub iure beatissimi tradidit Benedicti. pari quoque modo in territorio Aliphano ecclesiam domini Salvatoris construxit, et monasterium sanctimonialium instituens, ditioni subdidit preciosi martiris Vincencii. ubi eciam alias multas hereditates et possessiones contulit, tam in planis quam in montanis. Hoc tempore imperator Carolus suo imperiali precepto confirmavit in eodem venerabili monasterio Beatissimi Vincencii quecumque Aystulfus et Desiderius, reges Longobardorum, Gysulfus, Lupus, Hildeprandus, vel reliqui duces contulerant. Predictum vero monasterium, cum omnibus suis pertinenciis, sub sue tuicionis munburdum decrevit omni tempore perma[ne]re, adiciens illi plurima dona et hereditates. Defuncto dehinc Arichis apud Beneventum, Beneventanorum precibus, Grimoaldus a Carolo receptus revocatur, et paternum ipse suscepit ducatum. Iste multa dona ecclesiis et monasteriis

servorum Dei contulit, sed precipue Beatissimi Vincencii. Grimoaldo vero mortuo alter Grimoaldus exadelfus eius succedit. et hoc decidente Sico subrogatur.

Per idem tempus Carolus imperator regni iura feliciter moderatus per annos quadraginta novem, Ludovico filio Cesare constituto, humanis rebus exemptus est. Beneventi vero Sico [\[\[Page 355\]](#)

defuncto, Sicardus eius filius succedit. hic multa dona monasteriis servorum Dei contulit, sed precipue Beatissimi Vincencii. His diebus monasterium Sancti Martini et Sancte Crucis in monte Marsico a Beneventanis commutata sunt in monasterio Beatissimi Vincencii, pro quibus ecclesiam Sanctorum Lupuli et Zosimi, castrum quoque quod dicitur Cerbinaria in Caudetanis acceperunt. Decidente ergo ab hac luce Sicardo, Radelgisus substituitur, et isto obeunte, Radelgarius preficitur. inter hec mortuo Ludovico Augusto, qui Almus dictus est, Lotharius eius filius regni heres effectus est. Lothario quoque mortuo, primogenitus eius filius Ludovicus nomine regnavit Italie.

Per idem tempus Agareni Varim civitatem incolentes, qui pridem a Pandone eiusdem civitatis castaldeo ibidem invitati fuerant, bellum agenti contra Sygenolfum principem Salerni, ceperunt, devastantes stirpitus, depredare totam Apuliam, Calabriamque, ac pedetentini Salernum, Beneventum quoque depopulare inciarunt. tunc lamentabili supplicatione suggestum est piissimo augusto Ludovico, per Bassacium abbatem <Santissimi> Benedicti, et Iacobum abbatem Beati<ssimi> Vincencii, ut properare quantocius dignaretur, et suo adventu populum Christianum misericorditer liberare. motus itaque clementissimus imperator, tam istorum precibus, [\[Page 356\]](#)

quam et aliorum querimoniis, maximeque Capuanorum, sine mora cum incredibili multitudine Varim perrexit. sed pre omnibus obliti Capuani sue sponsionis, quod per venerabiles viros Iacobum, et Bassacium abbates Sanctorum Vincencii et Benedicti, imperatori [||](#) direxerunt, in urbibus se recondentes, Landulfum tantum antistitem sua vice illuc destinarunt. videns autem supradictus Cesar illorum fallaciam, et se nichil proficere, absque emolumento recedens abiit, concesso principatu Salernitano Ademario illustri viro et forti, Sigenolfi filium exulern fecit. quarto igitur principatus sui anno Radelgarius obiit Beneventi, cui successit germanus eius nomine Adelgis, omni bonitate deformis, sed quod peius est provincia in multis divisa, ad excidium magis, quam ad salutem de die in diem a malis dominatoribus ducebatur. Inter hee Saugdan, nequissimus ac celeratissimus rex Hismahelitarum, totam terram Beneventanam igne, gladiis, et captivitate crudeliter devastabat, ita ut non remaneret in ea halitus. quamobrem et Gallorum exercitus crebrius adveniens, ob eorum efferitatem comprimendam, sed nil proficiens, via, qua venerat repedabat. Unde factum est, ut Adelgis Beneventi princeps, data pensione et obsidibus, pacem cum eo firmaret. quo tempore Magelpotus Telesinus et Vuandelpertus Bovianensis castaldei multa cum prece conduxerunt Landbertum, ducem Spoletinorum, et Garardum, comitem [\[Page 357\]](#)

Marsorum, obviantes eidem Saugdan cum de Capue depopulatione reverteretur, in arvium tellure irruerunt super eum; sed, exurgens Saugdan, super Beneventanos et Francos fortiter se iniecit ac, disruptis cuneis, plurimos eorum interemit, nonnullos cepit, et crudeliter extinxit. Garardus vero comes [||](#) et Magelpotus et Vuandelpertus in eadem acie occubuerunt. qua de re audaciam ex illa die pociorem sumens, Beneventi confinia funditus delevit, ita ut nullus locus preter urbes precipuas eius feritatem evaderet. quibus diebus Telesiam, Aliphas, Sepinum, Bovianutn et Hyserniam, castrum quoque Benafranum cepit, funditusque delevit. monasterium vero preciosi Martiris Vincencii, quod quidem a piissimo augusto Ludovico filio videlicet augusti Caroli, miro amore, precipuo labore, pulchroque decore cum sanctissimo Deoque dignissimo eiusdem abbate Iosue, maximis edificiis renovatum, precipuis quoque tunc Italie monasteriis precellebat, ab eodem nequissimo Saugdanti omnino depredatum est, et pro edificiis non combustis tria milia aureos accepit, totidem a Beati Benedicti vicario acceptis. Invitatus dehinc Ludovicus cesar in commune a Beneventanis et Capuanis, cunctisque commarchianis ad tuicionem perditae patrie, Beneventi fines per Soram ingreditur, ac prius monasterio Beati [\[Page 358\]](#)

Benedicti applicuit; quo ad euiri legati de diversis urbibus venerunt, inter quos etiam Landulfus Capuanus affuit cum suis. is

igitur, ad solita vergens fallacia, Capuanos, quos Cesari presentaverat, fugere compulit, ipse solus cum eo remanens, quasi nichil culpabile penes eum egisset. sed augustus hqc, pro nichilo ducens, adiit Capuam, obsessamque tribus mensibus, funditus delevit. cives autem, cum nullum ab eo placitum habere potuissent, || Landberto comiti illius se tradiderunt, putantes se reccius facere, pessime corruerunt. unde postea pro nichilo ducti omni fere mense diversis iudiciis dabantur in predam. hoc ita peracto a Guayferio, sine omni sponione, prius Salernum, et sic demum ab Adelgiso Beneventi exceptus est.

Sequenti autem anno, multis fultus auxiliatoribus, Varim perrexit atque, cum sepe dicto Saugdane, augustalis exercitus pugnam commisit. a quibus exuperatus aufugiit, ammissa non modica parte sui exercitus. dehinc omnia eorum sata circumquaque comburens Materem adiit, quam sine mora igne cepit. tunc venit Venusiam, castrametatusque in eam cepit renovare, et Varim hinc inde graviter expugnans demolitus est, positoque presidio pugnatorum in Canusia, vicissim eos cornibus ventilabat. quo terrore perculti multi ad augustalem confugientes clemenciam, dari sibi petebant dextras. quibus solitam misericordiam non negavit. post hec iterum itum est Orietanam urbem. sicque reversus est Beneventum atque, annuente sibi dextra superna, cum iam ad extremitatem maximam pervenissent Saraceni, misso exercitu Varim[Page 359]

cepit, capto in ea Saugdane efferro rege cum aliis satellitibus eius. deinde Tarantum obsidere iussit.

Quibus ita patrat, ceperunt Galli itistinctu diaboli diversis modis Beneventanos persequi, ac crudeliter vexare.

qua de re Adelgisus princeps adversus Ludovicum augustum erectus cum suis infra Beneventi menia secure quiescentem, astu doloso sancissimum Beneventane provincie salvatorem comprehendit, et custodiis mancipavit, bonaque eius diripuit. Cunctos eciam viros exercitales spolians, fugere compulit, et de exubiis eorum onustatus est. consistente vero Augusto in custodiam, excitavit Deus spiritum Hismaelitarum, eosque ab Africana regione protinus evexit, ut ulciscerentur opprobrium Augusti.

Absolutus autem, iubente Deo, Cesar magnificus, statim Saraceni Salernum applicuerunt quasi triginta milia. quam graviter obsidentes forinsecus, stirpitus deleverunt, occisis in ea innumerabilibus colonis. et depopulati sunt ex parte Neapolim, Beneventum, et Capuam. quo tempore ambo Lamberti comites Augusti furorem metuentes, Beneventum recesserunt, et ab Adelgiso honorifice suscepti sunt. quorum auxilio fretus, super Sarracenorum scaram irruit, et viriliter stravit, occisis ex eis pene tribus milibus viris. quibus eciam diebus Capuam mille ex eis peremerunt. cumque hac obsidione prope terminaretur annus, misso exercitu, iam dictus Augustus peremit ex prophanis Capue novem milia viros. Post hec per semedipsum dignatus est advenire Capua. cuius adventu cognito, Saraceni Salernum relinquentes, Calabriam adeunt, eamque inter se divisam repperientes, funditus depopularunt.[Page 360]

Ludovicus autem imperator, volens Beneventum acquirere sed non valens, ad propria recessit, coniugem suam et filiam Capue relinquens. dehinc Augusta Ravennam pergens, prole Capue dimissa, non post multum dive meinorie Ludovicus diem clausit extremum. cuius mortis indicio stella sicut facula || ardere visa est post septentrionem, septimo die iunii mensis. et tunc idem imperator defunctus est terciodecimo die mensis augusti. Receptis deinde viribus, Saraceni in Tarantum, quos pene captos reliquerat Augustus, ceperunt Varim et Cannense territoriui depredare. quibus occurrit Adelgis in finibus Apulie. sed nil prevalens, invictus et in triumphator abscessit. quo tempore Ahtmannus, qui a Saugdan exul fuerat ab Africa, cum Annoso veniens Tarantum intravit, rex effectus est. egressusque, Beneventum graviter depredavit, tantamque victoriam adeptus est, ut Saugdan potestate ab Adelgiso recolligeret. nam Annosum et Abdelbahr ante apocrisarios miserat. hoc audientes qui Varin residebant, Gregorium baiolum imperiale Gregorum, qui tunc in Ydronto degebat, cum multis exercitibus, ob Sarracenorum metum, Varim introduxerunt. qui statim apprehensum castaldeum, illiusque primiores Constantinopolim misit, quibus iureiurando fidem dederat. Interea ipsi Greci crebrius legatos cum scedis Benevento, Salerno, et Capue dirigebant, ut ab his auxiliarentur contra Saracenos. sed hii uno consilio eorum spernebant deprecationes. tunc Salernum, Neapolim, et Gaieta pacem habentes cum Sarracenis navalibus,

Romam gravis coangustabat depopulacio. sed cum Carlus filius Iulitte Rome sceptrum insigne suscepisset, Landbertum ducem et Guidonem germanum illius Iohanni pape in adiutorium dedit, cum quibus Neapolim et Capue profectus est. Sergius vero magister militum, consilio Adelgisi et Lamberti deceptus || noluit se alienare ab inimicis. qui statim anathematizatus est. unde contigit, ut apprehensos vigintiquinque neapolites milites decollari faceret. quo etiam anathemate multatus est Sergius idem, et non post multum a proprio germano captus, missus est Romam ibique, suffossis oculis, miserabiliter vitam finivit. ipse autem frater eius Athanasius in loco illius se ipsum principem constituit. Adelgis vero, dum castrum Triventensem in obsidem caperet, ad propriam remeans urbem, a generibus, neapotibus et amicis in via, non longe ab urbe, interfectus est, anno principatus sui mediante vicesimo quinto, et in loco eius Gayderis filius Radelgarii constitutus est. Per idem tempus Athanasius presul Neapolim militum magister preerat. hic cum Saracenis pacem iniens, ac illos prius intra portus equoreos et urbis murum collocans, omnem terram Beneventanam, simulque Romanam, nec non et partem Spolecii diruentes, cunctaque monasteria et ecclesias, urbes et oppida, vicos, montes et colles, insulasque depredarunt. Tunc, eu, pro dolor! profana gens in ulcione peccatorum divino iudicio debachans, sanctuaria divinis cultibus consecrata, sine aliquo

[Page 362]

metu conculcantes, pro nichilo ducebant. omnis etas, omnis sexus, sine aliqua miseratione continue necabantur, nec erat qui posset eripere pereuntes, vel aliquod prebere solamen. quoniam, sicut scriptum est: Gladius vindex Domini manducabat carnes. qualis tunc miseria et tribulacio christianorum populos optinuerat, quis considerare valeat? Videres urbes desertas, ecclesias subversas, omnemque terram christianorum sanguine conspersam. nec erat ||fuge latibulum, quoniam montes et colles simile versabat excidium. Putabant homines iam tunc mundi finem appropinquasse, nisi quod signa quedam ex evangelio predicta adhuc minime videbant, tamen mundi finis in his iam decurrebat. etenim ea scribimus, que in antiquis invenimus voluminibus, et veterum probata narracio tradidit seniorum.

Cum nefanda gens Agarenorum ceteras terrarum partes depredantes, incendentes ac subvertentes consumerent, tandem profana turba impiorum, cuius inanus sunt contra omnes, nec dum humano sanguine saciata, omnibus bestiis atrociores, ad preciosi Martyris Vincencii sacrum cenobium furibunda procedit. Moris tunc erat monachorum utriusque cenobii Beatissimi Vincencii, et Sanctissimi Benedicti caritatis gracia se invicem sodule visitare. cum igitur die quadam ad predictum cenobium fratres quidam monasterii Casinensis de more abissent, et de suo ad invicem ordine loquerentur, repente illuc Saugdan sevissimus cum suis satellitibus supervenit.

[Page 363]

cuis monachi rumore comperto, qui advenerant ad castellum ipsius monasterii proximum, maturato cursu, nimis licet pavidi, incolumes tamen aufugerunt. quod ubi Dei servis auditum est in monasterio, ilico omne ecclesie thesaurum absconderunt. ipsi vero non timore terri, sed constantes atque intrepidi, invicem se cohortantes, paucis tantum relictis senioribus etate et vita venerabiles ad ecclesie munimina, reliqui omnes cum subiectis sibi famulis in obviam procedunt venientibus ethnicis. in locum igitur iuxta Pontem, qui Marmoreus || dicitur, pariter convenerunt, captantes iter, quo ad monasterium pervenirent. illis ergo ex una parte, et istis ex altera consistentibus, validior pugna inter utrosque cepit, dum adverse partis hostes invalidi redderentur. etenim non erat illis leve transitum habere per istos. lapidibus quippe vel quibuslibet armis ad manum inventis, pellebant procul tyrannos, condensa silva et arte rupes, nostrorum sublevare lacertos. Non gelidus sanguis oppletos strinxerat thoros Nam valida pugna diem abbreviant ultra Quam hiis necesse, vel illis fuerat ferre. Vibrantur enses, iaciuntur spicula, <vec>tes, <Et duris dumis herebant spolia furis>. Quid diu moror referre crimina dyra, Plebeia manus que gessit fronte iniquum?

[Page 364]

Quidam enim ex sevis sacri monasterii, videntes se immenso certamine fatigari, et quia, divina gracia protegente, nulla dabatur

facultas hostibus transeundi, magisque tyrannorum acies acrius prosternebantur, dominos suos deserentes, clam se subdlexerunt, illisque in acie derelictis, Saracenorum regem adierunt, et libertatem cum vita ab eo postulantes, maioris lucri victorieque pocioris eventum se ferre posse dixerunt. <mox ille gavisus, servorum animos donis aureis et mortiferis suasionibus oblectans, incitat explere promiss[is].> sponsione ergo accepta, et inito federe, mali malorum duces effecti, dominis illorum nescientibus, verso itinere pars maxima pugnatorum. subito ex adverso super sacrum. monasterium irruerunt, eumque undique circumdantes ignibus combuserunt, sanctos eciam seniores, quos ibidem invenerunt, gladiis necaverunt extat igitur sanctorum sanguis monachorum pro Christo effusus, evidencia indicia hodieque demonstrans, illitis || vel aspersis eiusdem ecclesie parietum ac pavementorum saxis, et lapidibus. nec mora post hec flammaram globis alta astrorum sydera rutilantibus, qui bello affusi prolixo diei spacio legitimo certamine desudaverant, ut conspexerunt agnoscunt se proditos fore, moxque istorum acie hinc redeuncium a tergo operiuntur. Quibus versa facie dum resistere vellent, inter medias acies fiunt simul ammixti, gravisque contra istos pugne iactura decurrit. at ubi concito gradu illis insequentibus, <[et] istis contraire niten[ti]bus>, telluris locum aliquanto spacio planiorem obtendunt, quem ex detruncatis ibi corporibus <actenus incole> vocant. omnium tela[Page 365]

contra istos vertuntur. et concurrentibus cunctis, iam fessis artibus, non amplius resistere possunt. ruunt inter carnificum ictus. et quamvis ex ethnicis plurimi sint prostrati, tamen ex istis pauci superstites remanserunt. sed melius fuit occisis gladio, quam in captivitate ductis. denique <peracta cede, cum in unum convenissent, servorum indicio> fodientes hinc atque illinc, universum, ecclesie thesaurum reppererunt, quem illorum pavore servi Dei iam pridem absconderant: <et illud> sibi in predam dividentes, cuncta vastaverunt, plurima fregerunt, frumentum et legumina in fluvium, qui secus effluit, disperserunt. et cum <iam> quasi post laborem et triumphum exultantes discumberent, bibebat ille nefandissimus Saugdan in sacris calicibus, et cum turibulis aureis sibi turificari lubebat. Facta est hec cedes beatorum pro Christo monachorum decimo die mensis octubris, feria tertia, qua secunda lux Lucine rotam ducebat, ab edificacione vero ipsius monasterii iam iverat annus centesimus sexagesimus quintus ||[Page 366]

Tybia nunc dicat, mea luctu corda recisa,
Quis subito miseris, funera tanta tulit:[Page 367]

Et populis varios clamores reddat ab alto,
Quos faciat casus posse referre suos.
<Huc> pariter Muse gemitu redeant resolute,
Dulce quod est nimium ducitur exicium.
Carminibus pianctum propriis coniungere tantum,
Ut simul astra sonent, cantica tristia dent.
Cum domus ista perit, multos <h>ac peste peremit,
Ethnica iam venit, querula turba fremit.
Fert monachis bellum, tulit unde reflexa flagellum,
Et dedit arma super femineamque fidem.
Rustica servorum facit hoc manus impia domum,
Percutit ipsa suos hac nece sic Dominos.
Castra petunt fortes, concurrunt ocus hostes,
Corruit alta domus, menia cuncta ruunt.
Non etas tempus, iuvenis, puer, atque senectus
Excipitur, cuius vivere sit placitum.
Funditur hic sanguis, iaciuntur corpora campis,
Spiritus et celo dant modo iure Deo.[Page 368]

Fit rebus finis, non bellis, armaque viris
Sanguine respersis, signa fuisse Dei.
Et procul Ernathios ostendunt florida campos,
Cespis purpureum continet ipsa decus.
Omnibus ergo consumptis, predictos aliquantos fratres qui remanserant, vinculorum nexibus astrictos, nudos tocius corporis indumentis, sui itineris sub custodia prevenire loca fecerunt. O quam crudele spectaculum dies illa prestiterat istis, cum extremo agmine inter sertissimos milites obvium quisque detruncat, cum nobile tellus felici cruore resudat, quos uno in loco sic constat esse necatos. nempe non dissimiles fore ab illa beata Thebeorum legione, cum pro testamento Dei, et instituta sancte legis, divine

gracie sorte <illis> annumerati in supernis additi sunt. quorum sacra turba monachorum, ut in veteribus libris invenimus, et sepe a nostris audivimus senioribus, nungentorum extitit numerus Deo devotorum, quos nimirum ex diversis sibi subiectis monasteriis vel cellis, in eodem loco congregatos fuisse || non ambigimus. sed quoniam rursum in aliquibus libris scriptum repperi quingentorum tantum fuisse numerum decollatorum, illi soli et numerum committimus et nomina, qui illis dedit cum triumpho martirii capere victoriam. horum beata corpora post a quibusdam collecta, aliisque coniuncta, qui in eadem ecclesia occubuerant, dignissime ibidem reconditi venerantur. Simul quoque cum eis passus venerandus abbas recubat Maio.[Page 369]

Quanta putas angelorum milia tunc advenisse, qui beatorum animas ad ecclesia <regna> transferrent? et si singuli singulorum custodes a Deo deputati animarum eas perferre sathagebant ad sublimem eterni regis palacium, tamen plures additi, non solum angelorum, sed et preciosorum martyrum, spiritus obviam facti cum stolis albis et palmis vittricibus celestis regis preconia resonantes supernis miscent laudes tropheis. Rutilans cum istis celsis, copmtus sarta topaciis beatus martyr inclitus <archi>levita procedit Vincencius. De illis vero quid dicendum, qui spectaculum facti mundo, angelis et hominibus, contumelias mortis nudi propter nomen Domini portantes, quanto acriora tyrannorum supplicia pia longanimitate ferebant, tanto a summo Deo bonis sperabant remuneranda perpetuis. Preterea impiorum turba sacrilega, postquam consumato sacri monasterii excidio vesaniam sue crudelitatis exaturarunt, vicinia desolate telluris linquentes, Marsorum provinciam ocuis pecierunt, cunctis mesti cordis luctum, mugitumque dyre calamitatis et miserie prolixis || clamoribus imponentes. ipsius deinde provincie quecumque invenerunt consumantes monasterium eciam Sancte Dei genitricis Marie in loco Apinianici, quod vir catholicus atque clarissimus Hildeprand dux, ditatum magnis rebus et possessionibus, predicto monasterio Christi Martyris Vincencii contulerat, omnino depredarunt, igneque combustum, occisis ibi quam plurimis fratribus, cunctis lamentabile reliquerunt. in quibus omnibus ipsos, quos secum captivos ducebant fratres, iniquis semper vexabant cruciatibus. <tunc atrox calamitas pectora mernore pulsabat, et longos gemitus prolixa suspiria dabant>. non tegmen hiis, neque victus; caro lesa dolet, cor nimis afflictus, furent hostes, tremunt rnotes, gemunt fortes, querunt sortes, longas istis prebent mortes.[Page 370]

Permansit autem desolacio huius monasterii preciosi Martyris Vincencii usque in annos triginta tres, in quibus nullius hominis habitacio, sed tantum bestiarum possessio fuit; et que quondam fuerat excellencior multis, tunc facta est humilior cunctis. Atque ex eo nec monachos congregatos, nec abbatem <hic> habere potuisse usque ad supradictum tempus annorum triginta trium, quo numero humani generis Redemptor in mundo cum hominibus conversari dignatus est, usque ad passionem sacratissime Crucis. Post hec Valerie provinciam et Romanos fines acriter devastantes, Campaniam quoque peragrantes, Casinum castrum adierunt dyri predones, et monasterium Sanctissimi Benedicti, quod prius quidem a Longobardis destructum, beatorum patrum Paldonis, Tatonis et Tasonis || studio et labore, cum venerabili patre Petronace fuerat reconciliatum, incendentes, penitus diruerunt; omnesque illius Congregationis fratres, quos capere potuerunt, vel quibus pre imbecillitate facilis fuga non erat, sine ulla miseratione gladiis necantes, crudeliter extincxerunt. pari eciam modo monasterium, quod deorsum erat, igne conbuserunt, et venerabilem abbatem Bertharium in ecclesia domini Salvatoris super sanctum altare Beati Martini trucidantes, eundem locum hominibus inhabitabilem reddiderunt. sed ante impiorum adventum, aliquantos ex eisdem monachis aufugisse percepimus, qui Tianis civitatem adeuntes, Regule librum, quem pater Benedictus manu sua scripserat, Libram panis, vasculum ereum vini et saccos cilicinos, qui[Page 371]

Dei iussu ante ianuam monasterii farine onustati fuerant iactati secum detulerunt, que subsequenti tempore igne consumpta sunt. Quis putas tunc erat ammirabili patri Benedicto circa suum ovile sacrorum viscerum pietatis affectus? qualis anime sancte ipsius erga filiorum suorum prostrata funera, erga eorum repletis sanguine altaribus? angor pariter merorque crescebat! Etenim, ut credo, presens tunc aderat, et cum pacientibus pius pater eadem paciebatur. et certe si eius Christo dilecta anima, dum adhuc in

corpore maneret, cum vix apud Deum optinere potuit, ut ex ipso loco illi anime cederentur, ita nimio dolore inconsolabiliter fleret, ut vix consolari valeret: multo magis cum in tam horrenda discerpzione filiorum suorum viscera videret effundi, <acrius> contristat**u**r. manebat tamen spes et consolacio, quoniam ipse erat, qui suscipiebat animas occisorum velud xenium omnipotenti Deo vivencium offerendas. huius monasterii desolacio <facta est .XIII. kalendas novembris, feria tertia>. perstitit annis tribus, post quod reedificari ceptum est ab Angellario abbate.

Sed ad nostra iterum redeamus, et quiddam memorandum, quod in huius monasterii abditis antiquissimis voluminibus indita repperi, non obittam.

Quidam namque illis temporibus ex eisdem Christi famulis a facie impiorum fugiens, illorum crudelitatis necem evasit. qui quod factum fuerat, hoc modo scribens ad posterorum noticiam voluit pervenire.[Page 372]

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Ego frater Sabbatinus sacerdos et monachus, qui olim a conspectu Saugdan regis Agarerenorum aufugi, Deo auxiliante, et cenobium Beati Vincencii levite et martyris ab ipso rege iniquo depredatum et incensum fuit, tempore Maioni abbatis prephati cenobii, commemoratorium facio pauca de pluribus, Deo teste et beato Petro apostulo, nec non et agonitheta Christi Vincencio, in posterorum memoria, ut si tempus aliquando venerit, ut ipsum cenobium reconcilietur, sine omni ambiguitate credant, et perquirant primitus ipsas res Beati Vincencii, quas habet comitatu Hysernie Est autem intus ipsa civitate ecclesia Sancti Angeli cum viginti quinque casis de servis circumquaque manentibus, et Iordanus presbiter servus et vicedominus prephati monasterii, simulque et Sabiianus faber ferrarius eiusdem monasterii famulus. Hec igitur ecclesia cum aliis pluribus cappellis sibi subiacentibus, ipsi casales, qui sunt iuxta fluvium Petrosu, ubi iunguntur ambo flumina, omnes || fuerunt famulorum Sancti Vincencii. et limatas, que sunt iuxta ipsam civitatem, laborabant ad opus Sancti Angeli monachi, qui ibi degebant. Similiter et unum molendinum in ipso flumine, qui dicitur Padulictu habebant, et ab ipso lacu, qui est prope ipsam civitatem, sicut pertingit inter ambo flumina, et usque ad Nucetum, sunt tres perequaliter sortes: prima est episcopii Sancti Petri; secunda monasterii Sancti Vincencii; tertia puplica. Et alie ecclesie cum suis redditibus eidem monasterio pertinentibus, huc illucque circumiacentibus,[Page 373]

quas enumerare longum est. Finis vero inter Hyserniam civitatem, et monasterium Sancti Vincencii ipsa Vantra decurrit. Ecclesia quoque Sancte Marie ad Maccle, que fuit sanctimonialium, cella Sancti Vincencii fuit cum multis possessionibus. Capriata vero erat divisa in duas partes, medietas monasterii Almifici Vincencii, et medietas episcopii Sancti Petri cum duabus ecclesiis Sancti Iohannis et Sancte Marie, inibi iuxta se commorantibus, unam episcopi, aliam vero nostri monasterii. Eu pro dolor! ibi me direxit abbas meis, et inansi ibi per multa tempora, et omni anno dirigebam ad nostrum cenobium centum tritici modia, et quadraginta porcos. Foruli vero erat divisum in tres partes: prima pars Sancti Monasterii, ubi habuit quinque casas de servis; secunda pars episcopii; tertia puplica. Et ecclesia, Sancti Gregorii in Matese cum omnibus territoriis, medietas fuit Sancti Monasterii, et medietas episcopii Sancti Petri. Cella quoque Sancte Agathe in Torcino posita, cum aliis ecclesiis sibi subiectis, omnia fuerunt sancti monasterii Beati Vincencii. Sue autem || tradicionis hoc tantum vir iste reliquit. Sed cum sim sancte huius filius Ecclesie matris, enutritus infra eius sacra viscera pietatis, libet michi <ex voce ipsius ecclesie>, iuxta Hieremie exemplum, et nunc in his temporum angustiis pregravato, tam <pro> recordacione preteritorum, quam presencium casu suppliciorum, illud lamentacionis canticum personare, quod in simili tribulacionis dolore aliquos novimus decantare. Iam enim in luctu versa est cythara nostra, et organa nostra in voce fiencium. Sed assit nunc sublimitas angelorum, assit senatus ille apostolorum, assit turba martyrum beatorum, assint preciara collegia monachorum, assit sacratus numerus confessorum, assit virgineus chorus candidatarum, assit et multitudo catholicorum. Conveniant simul ad domum nostri doloris, sint in supernis supplices Christo pro[Page 374]

nobis, dum affligitur populus precioso Agni sanguine comparatus, inter quorum obprobria ad flagella sum ego paratus. Miseriis

afflictus sum, et turbatus, cum tota die ingrederer contristatus.
igne et aqua sim probatus a fortitudine manus Domini, vindemiatus,
vilis, et quasi pollutus inter inimicos sum reputatus,
cum dolor cordis mei sit renovatus, " venter quoque meus sit conturbatus ",
felle et " absinthio inebriatus ". In atris domus
domini conculcatus, non in die festo sum consolatus, sed in capite
platearum sum obscuratus, nam velud sponsa adornatus, et velud
lucifer decoratus, cum senatoribus deputatus, in loco pascue educatus,
a transeuntibus ammiratus, ab audientibus collaudatus, ex margaritis
coronatus, ex iacinthis calciatus, ex smaragdis constipatus,
nunc tintis malis angustatus, Christum precor anxius, qui velud
agnus est immolatus, ut nostros solvat incolatus. Hec velud ex
persona huius Sancte matris Ecclesie protulerim, ac si memetipsum
pro ea deplorans. Ceterum nostre mentis infirma ipsi considerent,
et consolentur, quorum nomina in libro vite continentur; etenim
dies festi nostri versi sunt in lamentum. Sufficiant castigationes,
que iuste illate sunt nobis. Iam de celis angelo percucienti dicatur
a Deo: cesset iam manus tua, quoniam plaga crudeli percussi eos.
Ea tempestate multitudo Saracenorum in Gariliano iuxta Traiectum
habitantes, christianorum, et precipue Capuanorum maximas
strages dederunt. Tunc etiam monasterium confessoris Christi
Martini in Marsico monte adeuntes, delere nitebantur. Quorum
metu exterriti ibidem habitantes monachi, ad eiusdem confessoris
presidia se contulerunt. Nec mora: divina miseratio affuit deprecantibus.
Illis quippe montem ascendentibus astitit quidam venerandi
habitus, qui se abbatem esse dicebat, cum multitudine monachorum[Page 375]

quos omnes preparatos equos ascendere iubet, et se
comitari. Mox ipse precedens, et splendifica crucis signa sua
dextera ferens, Saracenorum cuneos irrupit, multosque ex eis fortuita
cede prostravit, plurimos vulneravit, aliquos cecitate percussit,
omnes porro perneciter in fugam coëgit. Mons ipse densis tene-
bris pressus, concussa tellus videbatur absorbere cruentos. Ex tunc
Saracenorum exercitus ita attritus et afflictus extitit, ut non solum
bellum christianis inferre valeret, || sed semper fugam agentes mortis
discrimine subiacerent. <Etenim in proximo advenientibus
christianissimis principibus, Atenulfo et Landulfo, cum vicinis
magnatibus diversarum provinciarum, maxima illorum. multitudo
interfecta est, et reliqui diversi atque destructi sunt; sicque christianorum
populus Christi misericordia extitit liberatus.
Et in his nostri laboris mercedem accipiens, tercius hic liber
erit consumatus. Hoc tamen pretereundum non estimo, quod nostris
diebus factum recens memoria intulit. Cum enim locus ille,
in quo beatorum corpora monachorum in ecclesia Beati Petri posita
fuerant, frequenter veneraretur a multis, maxime quia divina ibi
sepe micuerint luminaria, essetque patulus ibidem introeundi aditus,
siquidem per totius ecclesie corpus magni edificii camera ita constructa
habebatur, ut horum infra eiusdem camere spacio corporibus
repositis, desuper vero multorum abbatum, <ac> utrisque pie
devocionis exhiberentur officia: quidam insipientes rustici de vicinis
castellis, cuiusdam defuncte femine ibidem corpus intulerunt, atque
ex tunc ita loci ipsius aditus clauditur, ut ulterius vel quo ipsi
introire, vel alios inferre possent, minime repperirent. Multis
enim post locum requirentibus, et ob hoc adhibitis fossoribus, casso[Page 376]

labore frustrati sunt. Cum enim prolixo dici spacio in hoc anxie
perdurarent, necessario refeccionis hora recedentes, cum rursus ad
opus redirent, omnem terre molem, quam procul eiecerant, validius
coniestam invenerunt. Reversis que invenerant rettulerunt, atque
ex tunc fodere desierunt.
Horum itaque beatorum memoriam monachorum nobis recolendam
patrum tradiderunt documenta antiquorum. Benedictus
Deus in secula seculorum amen. ||
EXPLICIT LIBER TERCIUS